

ti-

ga
not
n.

da

6

84





N-16

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
GRANADA	
Sala:	Caja
Estante:	C-84
Número:	

R. 48632

[Latino. Juan]



En esta obra estan contenidos tres asuntos: 1.º Como fue celebrado en Granada, ciertamente, el sumario de la traslacion de los cuerpos reales. Despues la oracion del catolico Carlos V a su hijo Felipe, digna de conmemoracion, la qual con los memorables hechos y dichos de él, ofrece la razon para la traslacion. Y despues la traslacion que habia sido encomendada por el Rey a algunos señores y obispos, puesta en versos exámetros por el mismo maestro Juan Latino



an. univ. de granada. biblioteca


Reg. 48632

Christus vita suis surrexit, corpora surgent
Regia, quo in tumultis Rex pia iure colit.

91

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
GRAVINA

Conjurgent agiles reges, quia corpora vident
In Christo, & cineres, ossaq; sacca, suo.



Catholicos Reges Romana Ecclesia Mater
Natos victuros, en, docet ipsa suos.

10


Handwritten text at the top of the page, likely a title or description of the coat of arms.





Vertical handwritten text on the right side of the page, possibly a date or a reference.



Handwritten text at the bottom of the page, likely a signature or a date.

 AD CATHOLI-
 CVM, ET INVICTISSIMUM
 PHILIPPVM DEI GRATIA HI-
 spaniarum Regem, de Augusta, memorabili, si-
 mul & catholica regalium corporum ex varijs tu-
 mulis in vnum regale templum translatione, per Illu-
 strissimum, atque admodum Reuerendum Franci-
 scum Delgado Mètesia Episcopum irreprehensibilem,
 qui rebus sacris faciendis inter vias praesuit: Ac per ex-
 cellentissimum Ferdinandum Enrriquez de Ribera
 Tartesia ducem, seu vulgo de Alcala, ab eodem Philip-
 po regijs actis gerendis praefectum regio more celebrata:
 Qui duo principes regifico luxu, à Garnata vsque ad
 diui Laurentij templum, solum mundi miraculum, rega-
 lia corpora regentes deduxerunt: Atque illinc catholica
 Ioanna Hispaniarum reginae corpus regale, omni honore
 dignissimum cum pompa regia Garnata eduxerunt, Vt
 Catholici Regis Philippi coniugis corpori, nepotis Ca-
 tholici Philippi mandato, faeliciter iungeretur: Epigrā-
 matum siue Epitaphiorum, libri duo per Magistrum
 Ioannem Latinum Garnatae adolescentiae moderatorem.

 *Causa.* 

SICVT PER VNVM
 HOMINEM DE TERRA TER-
 renum morimur, ita per vnum hominem de caelo
 caelestem nobiscum regalia corpora
 viuificabuntur.

AD CATHOLICAM

CONM. ET INNOCENTIANAM

PHILIPPUM DEI GRATIA HI-

spaniarum Regem, de Anglia, Normannie, &c.

multo & carbonum regium corporum ex parte in-

terit in unum regale templum transfundat. per lra-

firmatum, acque admodum Reverendum Patrem

Sancti Dilecti Archiepiscopi Episcoporumque consensu

qui rebus factis faciendis inter nos presunt. de hoc ex-

cellentissimum Ferdinandum Emperorem de Nider-

Tartaria ducem seu regem de Alcala ab eodem Philip-

po regni alii gerenda in Africa regis nomine cedunt

Qui duo principes respectu in unum & eandem regem ad-

dem Laurentii templum solum in unum in unum regem

in corpora regentes deduxerunt. Ad hoc illinc catholice

loquens in Hispaniam regine corpus regis, omni honore

significatum in pompa regia Cantabrigie, &c.

Catholice Regis Philippus coniugii corpus, in unum Ca-

tholice Philippi in unum factores in unum: & in unum

matrem sine Episcopatum, ibi duo per Magistram

Joannem I animum & unum adolefcentis moderatorem.

per Casp. 20

SICUT PER UNUM

HOMINEM DE TERRA TER-

renam moritur, ita per unum hominem de celo

caelestem nobiscum regis corpus

simpliciter



Fol. pag. lin. Pro.

Lege,

En los proemios.

2. 1. 17. deduxerunt ~~enmendada~~ eduxerunt.10. 2. 23. (quod ~~enmendada~~ (quo.

En la obra.

1. 1. 10. canimus, ~~Enmendada~~ canimus sibi.2. 1. 6. destruxti ~~enmendada~~ destruxit.3. 1. 14. sanctè ~~enmendada~~ sancta.5. 1. 6. parere ~~enmendada~~ parcere.5. 2. 15. pertribunt ~~enmendada~~ peribunt.9. 2. 9. Tunc, vira ~~enmendada~~ Tumq; viro.19. Princibus ~~enmendada~~ Principibus.14. 1. 11. In victum ~~enmendada~~ Inuictum.2. 3. In visos ~~enmendada~~ Inuisos.17. 2. 12. pella ~~enmendada~~ pelle.20. pepere ~~enmendada~~ peperere.19. 1. 15. vita ~~enmendada~~ vita.25. 2. pen. ecclea ~~La enmendada~~ ecclesia.26. 1. 11. mortabilis ~~enmendada~~ mortalibus.26. 2. 11. sequebantur ~~enmendada~~ sequantur.31. 1. 15. in visa ~~enmendada~~ inuisa.45. 2. 7. morte hoc voluitur ~~enmendada~~ morte voluitur,48. 2. 22. Periculo ~~enmendada~~ Per celos.52. 2. pen. perstatem ~~enmendada~~ perstantem.66. 1. 20. dictata ~~enmendada~~ dicata.

¶ En Madrid a siete de Julio, de mil y quinientos, y setenta y seys años.

Enscilla en uso de o labra de Juan Vazquez
 del 6 de mayo concesi estos enmendados del Marmol.
 Francisco de la

Fol. pag. in P. 10.

En los promissos

10. 2. 25. (quod)

17. 1. 17. abbas

18. 1. 17. abbas

En la obra

1. 10. canones

2. 1. 10. canones

3. 1. 14. fante

4. 1. 6. parere

5. 1. 17. portidant

6. 1. 2. Tunc vna

7. 1. 19. Priscibus

8. 1. 11. In vntum

9. 1. 1. In vntum

10. 1. 12. bella

11. 1. 20. peperere

12. 1. 12. vna

13. 1. 2. per eccles

14. 1. 11. mortibus

15. 1. 11. sepeliantur

16. 1. 12. in vna

17. 1. 7. morte voluit

18. 1. 2. Periculo

19. 1. 2. per periculum

20. 1. 20. in vna

En Madrid a diez de Julio de mil y quinientos
 e noventa e tres años.
 Juan Vazquez
 del Real

Epitaphia

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

M. HIERONYMI HIGHERA. 20.
curia ista cui liber hic est commissus, iudicium
possidem legitur. Et cetera.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

M. Hieronymus
in collegio dei Pauli fecerunt legem.

VO Gonçalo Pumarejo, secretario del conçejo Real de su Magestad doy fe, que por los señores del dicho conçejo fue visto un libro, compuesto por el maestro Iuan Latino cathedratico en la Vniuersidad de Granada intitulado Epitaphios de la translació de los cuerpos reales, El qual visto por los dichos señores tassaró el volumẽ del en papel en real y medio, y mandaron q̄ en el dicho precio se pueda comprar sin que por ello caya ni incurra en pena alguna, con tanto que no lo pueda vender ni venda sin que primero se imprima esta tassa en la primera hoja del dicho libro y para que dello conste de pedimiento de la parte del dicho maestro Iuan Latino esta fe firmada de mi nombre, en Madrid, a diez y ocho dias del mes de Mayo, de mil e quinientos y setenta y seys años.

Gonçalo Pumarejo.

M. HIERONYMI HIGVERÆ, SOCIETATIS IESU, cui liber hic est commissus, iudicium, postquam legit, & euoluit.

que nuper cecinit numero grauiore Latinus
Carmina, iudicio sunt reuocata meo.
regius ut legerem iussit (de more) senatus:
Anne viderentur digna venire foras?
egi opus hoc: dignumq; puto volitare per orbem:
Consona sunt fidei qualibet, atq; pia.
exiit Apollo parens genio viuace poema
Prodeat: externus, cuius & hocce terat.

XI. Calendas Aprilis Anno. 1576. Mantue Carpetanorum
in collegio diui Pauli societatis Iesu.

M. Hieronymus
Higuera.

R

Or quanto por parte de vos el maestro Iuan Latino Cathedratico en la vniuersidad de Granada, nos fue fecha relacion dixiendo que vos auia des compuesto vn libro intitulado Epigramas Latinos, que se auian puesto en los tumulos delos cuerpos Reales en la dicha ciudad, supplicãdonos os mandassẽmos dar licencia y facultad para lo poder imprimir, y priuilegio por diez años, o por el tiempo que fuessẽmos seruidos para lo vender, o como la nuestra merced fuessẽ. Lo qual visto por los del nuestro cõsejo. Por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos hecha sobre la impressiõ de los libros dispone, por os hazer bien y merced: fue acordado que deuia mos mãdar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha raziõ, e nos tuuimos lo por biẽ
 Y por la presente os damos licencia y facultad, para q̃ vos, o la persona q̃ para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna, podays hazer imprimir, y vender el dicho libro (q̃ de suso se haze mēcion) en estos nuestros Reynos de Castilla, por tiempo y espacio de diez años, q̃ corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula, so pena q̃ qualquier persona o personas q̃ sin tener para ello vuestro poder lo imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, y veder, pierda toda la impressiõ q̃ hiziere cõ los moldes y aparejos de ella, y mas incurra en pena de cinquẽta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que lo accusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y fisco, con tanto que o las las vezes q̃ vuiere des de hazer imprimir el dicho libro (durante el dicho tiempo de los dichos diez años) le traygays al nuestro consejo juntamente con el original (que en el fue visto) q̃ va rubricada cada plana, y firmado al fin de Iuan Gallo de Andrada nuestro Escriuano de camara de los que residen en nuestro cõsejo, para que se vea si la dicha impressiõ esta conforme al original, y se os de licencia para lo poder vender, y se tasse el precioã como se vuiere de vender, so pena de caer e incurrir en las pe-

nas contenidas en la dicha pragmática, y mandamos à los del nuestro consejo, y à otras qualesquier justicias destos nuestros Reynos, guarden, y cumplan, y executen, y hagan guardar, y cumplir, y executar esta nuestra cedula, y todo lo en ella contenido. Fecha en Madrid à xxix. dias del mes de Septiembre de. 1574.

To el Rey.

Por mandado de su Magestad
Antonio de Erassa.

¶ ANTE OMNIA. ¶

✻ TRIAIN HOC
OPERE CONTINENTVR, PRIMUM quidem regalium corporum translationis argumentum, Garnata ut fuerit celebrata. Deinde Catholici Caroli Caesaris Quinti oratio ad Philippum filium memoratu digna, qua ex eius dictis, & gestis memorabilibus collecta translationi causam praeiuit: Postea vero quibus principibus & Episcopis translatio à Rege commissa fuerit: ex ametris versibus describitur, per eundem magistrum Ioannem Latinum Garnatae adolescentiae moderatorem.

✻ Totius translationis
Argumentum.



97
Acra, Casarea, et Catholica ma
iestas, Philippus Dei gratia Hi
spaniarum Rex grauissimis de
causis, tum pijs, tum Catholicis
(quas mundi stultasapientia non
nouit) commotus epistolis singulis
datis, & Catalogo praefinito ad

illustrissimum D. D. Petrum à Deça praesidem, quo re
galium corporum translationem catholicam regio more
vnus Garnatae faciendam curaret, & ad illustrissimū
pariter & reuerendis. D. D. Petrum Guerrero Grana
tensem, & ad per quam illustrem Garnatae Magistratū
Arenalum à Zuago Senatūq;, & ad illustris. & re
uerēdis. D. D. Franciscū Delgado Mentesia Episco
pum, & ad excellentis. D. D. Ferdinādū Enrriquez
de Ribera Ducē de Alcalá (ut vulgo dici solet) iussit ut
ambo primum Garnatam venirent, et ex regali Sacello
ubi iā diu Imperatricis Catholicae Isabella matris suae,
& principis catholicae Mariae cōiugis, & duorum Fer
dinandi, & Ioānis fratrum simplitiū regalia corpora illic
regio iure deposita, in speluncā regalem intrantes Dux
& praeses & Archiepisc. & episcopi foras cū omni re
gia autoritate, & solēnitate efferrēt: deinde per praetore
regium illustrem Licenciatū Murgā, & tabellionē ci
uitatis Fernandum Mendez transcripta idem praeses,
& regius Capellanus admodū illuf. D. D. Alfonso
de Rojas cū Episcopis Duci, & episcopo corpora rega
lia traderent, & comiterēt: qua per acta regia solennita

te illuſſiſſ. Comes. D. D. Loysius Hurtado de Men-
doça, atq; admodū illuſ. D. D. Loysius à Corduba, &
ex altera parte auditores regij admodū illuſtres, licenci.
D. D. Didacus à çuñiga, Licēciatus Ribadeneira, Do-
ctor Ioānes Fernādez Cogollos, Licēciatus Nuñez de
Bohorques, ex altera vero Magiſtratus urbis humeris
impoſita in regali tumulo per gradus aſcēdētes humiles,
deponerēt, atq; ibi per noctē (quā longa fuerit) cuſtodes
quos appellāt Mōteros de Eſpinoſa, peruigiles alterna-
tim ſeruāda curarēt: id quod per tres totos dies horis ma-
tutinis, ac veſpertinis factum eſt: Tunc admodū illuſtre
capitulum ſanctæ Garnatenſis Eccleſiæ ter rem diuinā
celebrauit, cū & regijs Capellanis ſacris reſpoſis cantatis
per quatuor tumuli angulos incedentes dignitates Ec-
cleſiæ (vt Chriſtianis moris eſt) thura dederunt: Hic pri-
mus illuſtriſſimus, ac reuerendiſſimus Malaceniſis Com-
poſtella designatus, ſatis Catholice, ac eloquenter con-
tionatus fuit: & Mentēſiæ Epiſcopus in altari ſacriſti-
culus rem diuinam fecit: Secundo vero die Malaceniſis
Epiſcopus in altari Chriſtum Dominum hoſtiam viuā
Deo placentem pro regibus obtulit: Hic illuſtriſſimus
Granatenſis mire (vt ſolitus) de reſurrectione, & regio
honore corporibus regalibus præſtando verba aptè, di-
ſtinctè, & ornatè fecit: qui contionari iterū pro Mēte-
ſiæ Epiſ. voluit, quia ager ille oratoris officiū facere non
potuit. hac lege regali, & ſacra exequijs peractis dñ ad
ſiniſtram Præſes, & Marchiones, & auditores regij ſe-
derent, ad dexteram vero tumuli partem ante portam,

extra tumulum ubi catholicorum regum tumulus mar-
 moreus clauditur, sedebat Dux in scabello seorsum ta-
 pete exornato, & sex pedum distantia magistratus vr-
 bis seruata singulorum antiquitate ex ordine sedebant,
 medius inter ducem, & Magistratum stabat Dia-
 Sanchez de Biedma Dux regalis custodiæ missus
 capite aperto: Hinc ex tumulo eodem more corpora
 regalia cum omni & sacro, & regio apparatu Magi-
 stratus, & Curiales generosi supplicibus ad Deum
 oculis, humeris alternatim portantes pergebant: quos om-
 nes ex parochijs cruces sacrae cū vexillis urbis pēdēribus
 præeūtes ducebāt. Ibat præses cū regijs auditoribus, &
 foro sinistra capitib⁹ apertis: Dux cū urbis Magistratu
 (qui oēs manibus cādelas ex alba cera ferebant) dextera
 incedebat. A tergo vero pōtifices, & Archiepiscopus
 crucē sequebatur, donec per callē Illiberiū ad tumulū in
 campo erectum ventum fuit: Illic regali more corpora
 deposuerunt, ubi responsis iterum cantatis corpora rega-
 lia in monasterium Cartuxam noctu delata sunt: ibi ea-
 dem vigilia ab eisdem custodibus vicissim asseruata, do-
 nec primo statim mane, dux & episcopus adueniētes tri-
 bus lecticis ornatu regio, & funebri à præside cōpositis
 (quibus Ioannes Lopez Gammarra Capellanus regius
 vsque ad Diuum Laurentium præfuit) corpora im-
 posita extulerunt. Inde pedestris, & aequestris regia cu-
 stodia tubæ sonitu accita utrinque comitabatur. Præ-

ibant cum facibus ardentibus ministri, & equos agen-
 tes lecticas utrinq; circūdabāt: atq; hoc pacto inter vias
 Idem Dux & Episcopus eandem legem, & rationem
 à rege latam, & præscriptam seruantes per vrbes intra
 bāt: qui ex vrbe Emerita regali iure per comitē illustriss.
 de Oropesa, & illustrissimū Episcopum de Coria rega-
 le corpus elatū Catholicę Leonoris comitati sunt: Illinc
 pergentes ex oppido Hiuſte sepultura inuictissimi Ca-
 roli nobilitato, Quinti illius veritatis, fidei catholica, &
 iustitię cultoris imperiale corpus acceptum ad diui Lau-
 rentij templum deduxerunt: Hic Catholicus Philippus
 pompam & se, & regaliū corporum dignissimā parās
 in tumulis, pro maiestate sua, exornatis, & erectis Au-
 gustę corpora cōposuit. Postea dux, & Episcopus paucis
 interiectis diebus Catholica Ioannę Hispaniarum Re-
 ginę regale corpus regia lectica iure regio Garnatam
 mirabili pompa deduxerunt: Cui apertis capitibus ob-
 uij exierunt præses illustrissimus, & auditores regij, &
 admodum illustres Arrenalus à çuaço, & omnes magi-
 stratus, vbi perquam illustris. D. D. Loysius à Cordu-
 ba Granatensis Aquilifer equum agens superbum ni-
 gris, & lugubribus ephippijs ad vngulas vsque dimisis,
 ex ornatum, & sex à calcaribus præeuntibus, qui vesti-
 bus funebribus induti astabant occurrit. Hic idem
 D. D. Loysius à Corduba, ter reginę Aquilam flexis
 genibus officium regale præstans diuisit, expansa vrbis

vexilla nigra idem fecerunt (qua Reginam Hispaniarum Catholicam in memoriam omnibus reuocabant) Equites regale corpus humeris per gradus vectum medium collocarunt, regio apparatu, & epitaphijs ex quatuor columnis pendentibus, & regali cultu in lecto regale corpus deposuerunt: ubi illustrissimus Granatensis Archiepiscopus, atque illustrissimus Malacensis cum omni sacra pompa responsum cecinerunt. Porro autem eodem tenore regio ad sacellum regium, usque regale corpus humeris elatum magistratus, & Curiales generosi omnes portantes auditoribus regijs in manus tradiderunt. Stabant tunc ibi praeses, & urbis magistratus regali in tumulto Philippi impensis mire iterum à praeside fabricato, Romana, & Graeca structura, & insuper addita Augustiori solennitate sacrae vigiliae, & exequiae per tres dies peractae sunt. Tandem praeses, & dux, Comes, Episcopi, & Archiepiscopus, & urbis Magistratus, cum praetore, & tabellione facta, & transacta solennitate, iuxta Philippi Catholici coniugis, ut Catholicus Rex Philippus praescripserat Reginae catholicae Ioanae regale corpus feliciter in Christo surrecturum collocarunt.

Finis Argumenti.

REGALISTVM V-

LISITVM, ET REGIA PHILIP-

pi stemmata ex eo pendentia supra regalia corpora sub-

tūba, & lecto regali iacentia: formam, & scamno-

riū structuram, & quo quisq; in loco sederet,

ut illustriß. praeses per Philippi catalogum

verbis regis munus, & officium corpori-

bus regalibus præstādum, & sedem

omnibus indixerit: Præterea no-

mina eorum, qui iure regio

sedebant, sequens pagina

ad amussim, et ad per-

pēdiculū Lectori

graphice de-

mōstrat.

Philippi Caroli
theolici R. ex Philippi præsi-
piter R. regine catholice loci
re regale corpus felici-
ter in Christo sit
recturæ colle-

CAVAT.

de Tuis Argumenti.

gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon,
 de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusa-
 lem, de Nauarra, de Granada, de Toledo,
 de Valencia, de Galicia, de Mallorcias, de
 Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corce-
 ga, de Murcia, de Iacn, Conde de Flandes,
 e de Tirol, &c. Por quanto por parte de

todos son 20.



vos el maestro Iuan Latino, Cathredari-
 co en la vniuersidad de Granada, nos fue fecha relacion diziendo, q̄
 vos auia des compuesto vn libro en lengua Latina, que se intitulaua
 epitaphios dela transacion de los cuerpos reales, para lo qual nos auia-
 des suplicado os diessemos licencia y priuilegio para lo poder imprimir
 por tiempo de diez años, la qual nos auiamos dado, y para que la obra
 saliesse mas perfecta, y se pudiesse mejor entender, auia sido necessario
 hazerle vn Argumento y sumaria relacion de lo que se contenia en
 el original con ciertas addiciones y glosas que estauan en los margines,
 y causas grauisimas que el Arçobispo de Granada, y de Sanctiago
 dieron predicando en nuestra Capilla Real, del culto y honra que a los
 cuerpos Reales se deuia: Y por que para auerse de imprimir con la di-
 cha relacion era necessario tener licencia nuestra conforme a las leyes
 y pragmatikas destos nuestros Reynos, nos suplicastes os mandassemos
 dar licencia y facultad, para que con la dicha relacion el dicho libro se
 imprimiesse, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del
 nuestro consejo, por quanto en lo que ansi acrecentastes en el dicho li-
 bro se hizieron las diligencias que la pragmatika por nos echa sobre la
 impresion de los libros dispone. Fue acordado que deuiamos mandar
 dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, E nos tuuimos lo
 por bien, por la qual vos damos licencia y facultad para qualquier im-
 pressor destos nuestros reynos, pueda imprimir lo que de nuevo auays
 hecho y acrecentado en el dicho libro que de suso se haze mencion, sin
 que por ello caya ni incurra en pena alguna: Y mandamos que despues
 de impresso no se pueda vender ni venda el dicho libro, ni cosa algu-

na dello, sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el original que fue visto en el que va rubricado. y firmado al fin del de Iuan Gallo de Andrada nuestro escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo para que la dicha impresion se vea si esta conforme al original, y se de licencia para lo poder vender, y se casse el precio a que se vaiesse de vender cada pliego del so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica y leyes de nuestros reynos, y mas de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a diez dias del mes de Abril de mil y quinientos y setenta y seys años.

D. Episcopus

El Licenciado

El Doctor

Segouien.

Inñ Thomas.

Redin.

El Licenciado

El Licenciado

Doctor.

Contreras.

Fer. de Chaues

Aguilera

Yo Iuan Gallo de Andrada Escriuano de camara de su Magestad la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los del su consejo.

MAGISTER IOAN NES LATINVS GARNATÆ ADO

lescentiæ moderator, ad pium & Christianum le-
ctorem de regalium corporum translatione

Oratio Laconica.

(§§)



Ostulabat ratio (candide lector) ut qui Salvatorem Christum Dominum nostrum à mortuis resurrexisset verè, & eius admirabili virtute carnis uniuersalem resurrectionem futuram credimus catholici, quiq; pro defunctis sancta, & salu-

bri oratione Deum optimum maximum cum nostra sancta Romana Ecclesia, ut à pœnis soluantur quotidie orare consueuimus, ut defunctorum quoq; regum corpora regalia ad gloriam surrectura catholico honore interim profsequi, venerari, & celebrare volentes pergamus. Quæ causa per grauis illa quidem Catholicum nostrum regē Philippum cōmouit, ut & Fidei suæ, Spei, & Charitatis hoc specimen, & argumentum preberet, & translationē hanc Augustam, & catholicam non regnis suis tantum, sed etiā uniuerso terrarū orbi manifestam faceret. Nam vel hinc corporum defunctorum ubiq; gentium Regis catholici exemplo ratio sancte, & sapienter habita ad honorem, & cultum acriores addet stimulos Christianis, atq; calcaria subdet, & eosdem affectus inanimis generabit populorum

Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.

Ad Thessalon. I. 4. Quonia ipse dñs iussu, et in voce Achageli, & in tuba Dei descēdet de celo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, non tempore sed dignitate & merito respectu damnatorum.

Omnium quidem futura resurrectio est sed fidelium & infidelium tantum honorabilis ad gloriam sic regū Catholicorum resurrectionē futuram fideles credimus.

Bonum quanto cōmunius tanto diuinus.

exempla Regū mo-
ent maxime.

Catholicorum Regū
mirabiles virtutes
in regnis gubernan-
tis.

erritat animos oculo-
rum subiecta magis
uam audita.

Optima vitæ ratio,
& institutum est à
Deo pendere.

Seque dextrorsum
eque sinistrorsum
Via Christo desce-
ndas.

sapientia Gregorū
ura.

Illud
vult venire post
se abneget semeti-
sum, & tollat cru-
cem suam, & sequa-
tur me Reges Catho-
lici semper repe-
ant ad res gerendas.

Benignitas Saluato-
ris nostri & huma-
nitas reges Catho-
licos tū bene viuere
tū bene regere eru-
diuit.

Amplificatio qua
lectorem impellit.
Liuius primo ab ur-
be condita.

regibus. Vnde tibi catholicos Reges, catholicum Carolum
Quintum, Imperatricem, Reginas, Principesq̄, non solum
nostræ Hispaniæ, sed etiā omnibus christianis regibus uni-
cum pietatis exemplum, vitam sancte in terris actam, iusti-
tiam, charitatem, fidem Catholicam, quin etiam Romanæ
Ecclesiæ obsequium (quæ omnia in rebus gerendis pro viri-
bus seruarunt) pingui nostræ, crassaq̄, Minerva ad bene-
beateq̄, viuendum lectori ob oculos ponimus: ut dum eorū
regales rationes, semper à Deo optimo maximo suspensas
fuisse cognoueris, quo pacto tibi vitæ ratio subducēda, &
instituenta sit, exacte perpendas: adeo ut ne digitum qui-
dem (quod aiunt) transuersum, aut unguem latum ab eo-
rum Christianis exemplis huc, vel illuc conuersus recedas,
si tibi, tuæque Reipublicæ bene, & sapienter consultum cu-
pis. Quod si vulgo Græci illi sapientissimi prouerbio elegā-
tissimo (sequere Deum) in omnibus Deum sequendū esse
posteritatem sancte docuerunt, certè Reges nostri Catho-
lici, quos nocturna, diurnaq̄; manu nostris his epitaphijs tibi
versandos tradimus, Saluatoris Christi verbis audientes
semetipsum abnegarunt, cruce sublata quisq̄; sua Christum
Dominum pro parte virili sequuti sunt, & ipsius benigni-
tate, & humanitate sanctam docti religionem seculari-
bus regnorū abnegatis desiderijs sobrie, pie, & iuste (quod
adfieri potuit) in terris per regna Catholici vixerūt. Quid
in terris sanctius, quid sublimius, quid in misera hac &
amara hominū tēpestare antiquius, quid amabilius, quid
deniq̄; maius tibi ad vitam fœliciter agendā quærendum
putes? nimirū nescies. Nam si Lacteo eloquētiæ fonte ma-
nantem Liuium audire velis, si exempla quærenda sunt,

hoc illud est (inquit) in cognitione rerum salubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, inde tibi, tuæque Reipublicæ quod imitere capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vitas. Hæc ille: quibus sane verbis nihil sapientius de hystoria utilitate dici aut excogitari potuit. Præterea si domestica, & externa facta, simul ac dicta Græcorum & Romanorum tantum ad vitam valent, quæ Valerius ille maximus suspicit, & admiratur, quanto præstantius tibi, tuæque Reipublicæ futurum contendes, si hæc Augusta, & Christiana Catholicorum regum monumenta percurras, quæ ter purè legentem vera, & catholica documenta ad virtutem Christianam Catholico consilio docebunt: & ut facias mature, movebunt, incendunt, & inflābunt: Qui (ut alia omittam) in regnorum consilijs, iudicijsq; dandis semper Saluatoris vestigijs insistebant: & regna, vrbes, populos, oppida, Castella, & municipia, deductas quoque Colonias eodem more Christiano viuere legibus suis indicabant: unde omnia iura, & plebis scita, mores, velut aureos Regibus suis ciues acceptos retulerunt. Quare ne tibi aliquis posthac his relictis, Cesarum Romanorum, aut Græcorum exempla imitanda proponat, nec illorum vitæ turpiter, nedum integerrime, actam commendet: quorum viuendi rationem ne nominandā quidem doctissimi quique scriptores putauerunt: Nam quot eorum ingentes virtutes, quas Historiographi memoria rerum gestarum consulentes enumerare sunt soliti, tot ingentia vitia aquasse Lectores satis certo scimus. Mitto Tyrannidem crudelita-

Christiana Regum documenta reliqua antepōnda, & iterū repēda, atque iterū repēda principibus regibus, quorū in ge dñi voluntas f. & in ea medita sunt die ac nocte.

Christum viam veritatem & vitam Reges Catholici reges sequebantur.

Qui sic fecerunt edocuerunt non magis in regno cælo reges Catholici vocabuntur?

Multa Græcorum & Romanorū viuenda reliquit principibus.

Reges & Imperatores Ethnici scriptores suos a veritate flectere nō potuerunt

tem, toties arbitria pro legibus habita, regnandi causa iura turpiter violata linq̄ere consilium fuit. At Catholicorū regum, Timorem dñi sapientiā initiū sequentium, longè alia vita fuit, alia regnorū ratio, institutioq̄; alia legitur: virtutes enim quas ad vnā tenendas Philosophus Aristoteles sapienter docuit, virtute Christiana sic reges nostri colebant, vt per omnia à vitijs longè, lateque abfuisse videntur (neque id iniuria) fides namque Catholica, Spes, Charitas, & Romana Ecclesia sacramenta, quæ ex latere Christi Saluatoris nostri fluxerunt, ab omni mundana concretione reges nostros mūdant, & incolumes ad mortem vsque seruarunt: Quæ in Ecclesijs humiles, modesti, & subditi sacerdotibus exercebāt, quibus veteris quoque hominis frequenter deponentes exuuias, corde, & ore peccatis sacerdoti enumeratis, vt viri iam noui, serpentes iam prudētes, & vt simplices columbæ in publicum regnorum conspectum prodibant, Adeo vt hinc principes, duces, & regnorum magnates ad vnicū Regum suorum exemplū formati, eos per omnes res gerendas vita, & moribus reddere contenderent: Ab illis namque pietatem, ab illis iustitiam, ab illis Charitatem sequi pro virili parte nitebātur. Vt & Deo optimo maximo seruirent, & Regibus suis morigeri subditis populis facerēt quā gratissimum: perinde quasi mens Regū Christiana, & Catholica per omnes principes diffusa videretur, sic populos gubernabant. Vnde per omnem Philippi ditionem iustitiam sole ipso clariorem iudices custodiunt: Quæ non solum Hispanos, Italos, Germanos, sed ipsos etiam extremos Indos mira viuendi, &

ia vita in Christum nitebatur.
 in consilio in
 rum abierūt nec
 via peccatorū ste
 ut neque in Ca
 edra pestilentia se
 runt reges beati.
 cramentorū vir
 diuina.
 des ad iustitiā &
 is confessio ad sa
 tem regibus fuit.
 uidentia & sim
 icitas Catholicorū
 egum mirabilis.
 uales Reges Ca
 olici tales duces
 ministri & indi
 s domi militieq̄.
 iustitia cum sole cō
 rtur sol omnia vi
 t, Nam Christus
 iustitie.
 or regum in manu
 ei Christianus Or
 s fuisse credebatur,
 nde dociles, atten
 s, et beneuolos sub
 ti sese prabuerūt.

moderandi tranquillitate conseruant: Taceo quæ plusquã
 humana ratione per regna feliciter docuerunt: Nam (ut
 reliqua præter mittam) Nempe infirmis xenodochia, mo-
 nasteria, cœnobia regni, sanctorum templa Augusta, am-
 plissimas dotes, regia vectigalia, vasa argentea, auream
 supellectilem, aulæ, vestes ex auro rigetes, sacerdotes regios,
 ministros assiduos, sacrificos regia mercede sacris horis ad-
 dictos taceam, quid tibi ego dicam de sancti officij nunq̃
 satis laudata religione? qua Catholici schismaticos, Hære-
 ticos, Mauros, Iudeos, à regnis exactos excluderunt, & pro-
 cul amandarunt, per quod regna nostra publicè, priua-
 timque ab omni turpitudine, ne dicam hæresim, tuta ser-
 uantur. Mitto res gestas, triumphos, Christianam propa-
 gatam per totum terrarum Orbem pietatem: Taceo ea,
 qua domi, militiaque per eos celebrata, Reges alij ad Re-
 gnorum suorum salutem didicerunt: tantum abest, ut
 Græci, Romanique Imperatores cum nostris Regibus Ca-
 tholicis veniant conferendi: Quorum animas cœlestium
 numerum (qui in domino mortui sunt) auxisse fideles
 credimus, quas Christus Dominus noster sanguine suo
 redemit: Vnde per eius merita, & Regum Catholico-
 rum opera gesta Catholicè, requiem aternam, & lu-
 cem perpetuam consequutos esse fideles non dubitamus:
 Quare iure quidem optimo regalia corpora venerari, om-
 nique religione, & pietate Christiana celebrari par,
 iustum, & consentaneum esse contendemus, & Phi-
 lippum Catholicum Regem nostrum dum corpora re-
 galia Catholico honore per regna profequitur sobriè, piè,

Sanctam mat.
 clesiam, Roman.
 Catholicam pro
 Deum orantē in c
 passionis, & cru
 Dñi excusis vbe
 tim lachrymis reg
 Catholici, Carolu
 Quintus, & Imp
 ratrix nostra Cath
 lica Isabel mortet
 peccatorum nolēt
 sed conuersionē, &
 vitam eorum cui
 Christo volentes a
 diebant.
 Schismatici perna
 ciosi.
 Schisma malum &
 damnū grāde quo
 Deus auertat.
 Beati Reges qui i
 dño mortui sunt, op
 ra enim illorum se
 quentur illos.
 Corruptibilia rega-
 lia corpora per Chr
 stum incorruptioni
 induent, & confor-
 mabuntur corpori
 claritatis fili Dei.
 Sapiētiam Philipp
 Regis Catholici Re
 ges in Christo mira
 buntur.

Et iuste fecisse omnes Reges, & principes Catholici, & Republica indicabunt. Vale, atque hac nostra tenui quidem ingenio condita epitaphia, sed quæ pietatem Christi nam sapiant, ac redolent iterum, atque iterum ex animo profecta candidè perlegere ne graueris.


Vale in Christo, & qui boniq; consule.

HÆC, IOANNES LATINUS Æthiops Christicola, ex Æthiopia usq; infans aduectus, excellentissimi, & in uictissimi Gosalui Ferdinadi à Corduba ducis Sueſſæ Gosalui Magni Hispaniarum ducis nepotis seruus, ab ipso infanti lacte simul nutritus, cum ipso à rudibus animis liberalibus artibus institutus, & doctus, & tandè libertate donatus, Garnatæ ab illustrissimo, pariter & Reuerendissimo Petro Guerrero Garnatensi Archiepiscopo extra omnem aleam doctissimo, sanctæ Ecclesie Garnatæ Cathedam Grammaticæ & Latini sermonis accepit moderandam: quã per viginti annos fœliciter moderatus est, sub Catholico Philippo Hispaniarum Rege translationi regalium corporum scripsit Epitaphia, ad honorem & gloriã omnipotentis Dei, & sanctissimæ uirginis Mariæ matris eius: Garnatæ anno ætatis suæ quinquagesimo octauo.

Illustris. & Reuerendis. D. D. Petrus
Guerrero, Archiepiscopus Granatensis.
Illustris. ac Reuerendis. D. D. Fraciscus Blä
co Malacensis Compostellæ designatus.
Illustris. ac Reuerendis. D. D. Franciscus
Delgado Mentefia, cui Corpora Re-
galia commissa.

TVMVLVS.

Intra tumulum Pedes Regales. pendebant stemata.



PORTA FERREA REGALIS SACELLI.

Imperatrix Catholica.	Ferdināndus mundo cor.	Capita Regalia Surrectura.	Ioannes mū- do corde.	Princeps M Catholica.
--------------------------	---------------------------	-------------------------------	--------------------------	--------------------------

Admodū illustre sanctæ
Ecclesie Capitulum.
D. D. Licenciatus Bernar-
dinus à Mārriq̄ Decanus.
D. D. Licenciatus Petrus
Ruuius à Otalora Archi-
diaconus.
D. D. doctor Petrus ab Or-
tega de Monsalue Gymna-
siarcha.
D. D. doctor Petrus Guer-
rero Thesaurarius.
D. D. doctor Petrus Vaz-
quez Abbas.
D. D. doctor Ioānes de Fō-
seca prior.
D. Franciscus à Figueroa
Canonicus.
D. Doctor Antonius de
Frias Canonicus.
D. Licēcia. Ioannes Lopez
çauala Canonicus.
D. Nicholaus Fiallo Can.
D. doctor Bartholomeus de
plaça Canonicus.

D. D. Alfonsus Osorio.
D. Ioannes à Cuellar.
D. D. Rodericus ab Aui-
la.
D. D. Hieronymus à Mo-
talu, ordinis diui Iacobi.
D. Ioānes Perez de Ar-
raști.
D. Ferdināndus à Carpio.
D. Rodericus Mendez.
D. Gaspar à Monte.
D. Ioā. Vazq̄z à Salazar
D. D. Gabriel à Montal-
uo, ordinis diui Iacobi.
D. D. Philippus Ariās à
Mansilla.
D. Lodouicus Baltasar
de Auila Commissarius, cui ne-
gotium regium per agendū Ma-
gistratus commisit.
D. D. Alfonsus ab Alar-
con.
D. Antonius de Arago.
D. Licēciatus Guardiola
D. Baltasar à Torres.

Tribuni plebis, & Magi-
stratus tabelliones.
(8)

D. Didacus de Auila.
D. Ioannes Hurtado.
D. Ioannes à Lucena.
D. Ferdināndus à Molina
D. Didacus à Castro.
D. Didacus à Sactisteuā.
D. Fraciscus à Domedel.
D. Michael Hermez.
D. Petrus à Ferriol.
D. Gregorius à Palma.
D. Ioannes Alfonsus.
D. Gaspar Gamezius à
Meneses.
D. Ioā. Rodriguez à Torres
D. Di. Perez à Caceres.
Dux Centurio. (sarius.
D. Ioānes Alvarez comis
D. Christophorus à fuete.
D. Gaspar ab Auila.
D. Antonius à Najara.
D. Didacus Alvarez.
D. Andreas Ruyzius à
Carrion.
D. Mechior à Carpio.
D. Franciscus Ximenez.
D. Didacus Castellon.
D. Didacus Lucas.
D. Petrus à Carpio.
D. Ferdināndus Vavela.
D. Rodericus à Monte.
D. Franciscus à Māsilla.
D. Petrus Castellon.
D. Ferdināndus Mēdez.

Forum regium.
Sedebat illustris. D. D. P.
à Deça praeses pro Philipp.
illus. D. D. Didacus à çuniga
Licenciatus antiquior.
Comites & Marchiones.
Illustris. Comes de Tendi-
lla, arcis Garnata praefectus
& dux sacrarum reliquia-
rum clauas tenens Regalis
Sacelli.
Admodum illustris Mar-
chio del Carpio.
Admodum illustris Comes
de la Puebla.
Admodum illustris Comes
del Castellar.
Admodum illustris Mar-
chio de Berlanga.
Admodum illustris Mar-
chio de Villanueva.
Admodum illustris Mar-
chio de Estepa.
Admodum illustris Mar-
chio de Alcalá.
Auditores regij.
illus. Inquisitor Andre. ab Alua
illus. Licenciatus Ribadeneyra.
illus. Doctor Cogollos.
illus. Licenciatus Nuñez à Bo-
horques.
illus. Licēciatus Iūco de Posada.
illus. Licenciatus Chumacero de
illus. Soto Mayor.
illus. Licēciatus Ioā Velazquez
illus. Licenciatus Antolinez.
illus. D. D. Petrus à Manriq̄
Licenciatus.
illus. D. D. Lodouidus à Mer-
cado Licenciatus.
illus. Licenciatus Liciniana.
illus. Licenciatus Ioānes Gomez
illus. Licenciatus Brauo de Soto
Mayor.
illus. Licēciatus Valladares Sarmieto.
illus. Lic. Pet. Marq̄z à Prado.
illus. Licenciatus Laguna.
Regij Praetores.
illus. Licēciatus Petrus à Lodio.
illus. Lic. Martinus à Caranajal.
illus. Licenciatus Bonifaz.
illus. Li. Murga qui comitatus fuit
corpora regalia vsq; ad di. Laur.
Generis nobilitatis re-
gij Praetores.
illus. Licē. Carrillo à Morales.
illus. Licenciatus Loysius.
Lasso à Cepeda.
illus. Licenciatus Frias.
Regij Fiscales.
illus. D. D. Alfonsus de Agreda
illus. Doctor Marcus Caro.
illus. D. D. Hierony. à Maça.
Chancellarius regius.
illus. Licenciatus Gumiel.
illus. Didacus de Torres.
illus. Didacus de Soria.

Scabellum.
Eccellentis. D. D.
Ferdinandus Enrriquez
de Ribera dux de Alcalá
seorsum à Magistratu sex
pedibus distans sedebat.
Hic dux Biedma stabat cō-
rigens parietem tergo,
aperto capite.
Scamnum.
Admodum illustris
Magistratus Arcualus à
guaco. Diui Iacobi cruce
insignitus Eques Praetor
pro Philippo in hoc regno,
& ditione.
D. Licēcia. Maldonado.
D. Licenciatus didacus à
Miranda.
D. D. Luyfius. Cordu-
ba, Ordinis Commendato-
rū Aquilifer Granatēsis.
D. D. Franciscus Zegri.
D. Antonius à Peralta
Commissarius, cui nego-
tium datum.
D. Michael Ruyz à Bac-
ça.
D. Ioannes Sāchez Obre-
gon.
D. Antonius Nuñez.
D. D. Alfonsus Mexia,
Ordinis diui Iacobi.
D. Alfonsus Lopez Obre-
gon.
Do. Gonsaluus Hernan-
dez à Vaena.
D. Petrus ab Aguilar.
D. Licenciatus Melchior
Perez à Torres.
D. D. Martinus Iofre à
Loaysa, Ordinis diui Iaco-
bi.
D. Franciscus Arias à
Mansilla.
D. Ioānes Moreno à Leō
D. Petrus ab Hinojosa.
D. Stephanus Lomelin.
D. Ferdināndus à Cāpo.
D. D. Michael à Leon.
D. Sebastianus à Nauar-
ete.
D. D. Hieronymus Ren-
ifo.
D. D. Loysius à Baldi-
nia, Ordinis diui Iacobi.
D. D. Petrus à Vargas.
D. Franciscus à Trillo.
D. D. Hieronymus çapa-
a.
Royzius Diaz à Mē-
za.

Monterus sias capite aperto.

Sedes Pontificum.

Altaris duo Diaconi.

Monterus sias capite aperto.

Scamnum.

Scabellum.

Monterus sias capite aperto.

Monterus sias capite aperto.

DE AVGVSTA ET CATHOLICA REGALIVM

corporum translatione per Catho-
licum Philippum.

LIBER PRIMVS.

CAVSÆ GRAVISSIMÆ RE-
galium corporum translationis, summa, totiusq;
operis argumentum ad Curiales
Hispaniarum.



Atholicum cineres, canimus, sibi
corpora regum,
Ossaq; iungentem mira pietate
Philippum,
Hispanæ gentis columē, regemq;
potentem:
Qui patrem, matrem, fratres cū

coniuge sacra,

Reginasq; duas Caroli patrisq; sorores,
Ex varijs populis templum transcripsit in unum:

Quiq; & auos quondam disunctos lege maritos

Coniunxit pompa regali, & funere grandi
Regibus Isâbel, Fernando & funere iunctis.

Garnata Illiberis celebret quo iusta quotannis,

Maiestate pia defunctis ritè parentet,

Vrbs antiqua diu commissa hæc corpora fouit:

Propositio.

Rex Catholicus gl
ria nostris seculis

Opus catholicum e
memorable.

Ioannam & Ph
lippum.

Pietas Philippi.

Reges catholici.

Vbi sepulchra, et cor
poraregis seruantiæ
condita.

res diuina solenni-
 er & regia parenta
 a quotannis fiunt.
 Ascendat ad te ora
 tio mea sicut incen-
 sum dicit Ecclesia.
 Qui propter nos ho-
 mines & propter no-
 ram salutem descē-
 dit de caelis.
 pes nostra Christus
 redo carnis resur-
 rectionem.
 Aerita nostra in
 hristo valent.
 docilitas.
 Reges Catholici ad
 ene beatēq; viuen-
 tum Hispanis exem-
 tum dederunt.
 eati mortui qui in
 omīno moriuntur.
 Illusio ad illud Pau-
 doctōris gentium.
 azare veni foras
 ox Christi potentis-
 ma.
 omnis creaturachri-
 tum pati ostēdebat.
 el lapides sensisse
 visi.
 Amplificatio elegās

Rem sacram vt templis faciat charitate sacerdos
 Ascendant dominoq; preces vt iura per auras
 Per Christumq; pater placetur regibus ipse
 In terras natum summo qui misit Olympo.
 Vt vitam moriens ferret mortalibus. Idem
 In Christosq; sitas spes nostras carmine dicam,
 Qua spe catholici felices dicimur esse:
 Tunc obiter referam victura & corpora terris
 Surrectura tubæ sonitu clangente per auras
 Ossa vt quisque suis neruis, & pelle reuinctus
 Induet, horrendi nutu tunc iudicis ibit
 Quo meritum, quo vita, iubet dominiq; voluntas.
 Auribus arrectis audi pia carmina lector
 Viuere te in mundo iustē, sancteq; docebunt
 Christicola reges Hispani in morte beati,
 Qui in domino fatis cesserunt, gesta sequentur
 Illos, nam regnis operati regia sanctē,
 Sobria cuncta piē fecerunt, regna tenentes.
 Fundamentum aliud non ponam, rector Olympi
 Quam te, es vita, salus morituris vera futurus,
 Voce tua in mundum redierunt corpora quondam,
 Et vitam iussu cepit tunc putre cadauer,
 Est habita & ratio pendentis in arbore rebus,
 Quiq; carent sensu naturæ ex ordine duri
 Percussi alternis reddentesq; inde fragorem,
 Mirati excelsi montes, Neptunus, & undæ,
 Nereides mæstæ pontum petiere profundum,
 Atq; Deos lachrymis reuocarunt inde marinos,

Ut si cognossent Christum pendere salutem,
 Cæli factorem, terræ, maris, ignis, & alti,
 Qui liquidos fontes fecit, ventosq; volucres,
 Lucentesq; globos, fratres Phæbumq; Dianam:
 Quiq; videnda dedit, qui oculis non visa vocauit,
 Qui mortem nostram destruxit morte potenter,
 Et vitam exurgens reparasti ex hoste redemptam,
 Per te certa viris spes non confusa sepultis
 Primitiæ veræ surgentum, Christe redemptor,
 Viuorum dominus iuste qui crederis, ad sis
 Omnia cui viuunt regi, quæ sunt ve, fuerunt,
 Quæq; futura vides, præsentia cuncta feruntur,
 Sit mihi fas reges Hispanos dicere viuos,
 In cælis animas tecum regnare beatas,
 Catholicos cineres, victura & corpora regum:
 Nam virtute tua do surrexisse sepulchris,
 Corpora sanctorum monumentis capta sopore
 Mortua dormire, & dominum expectare videndum.

Ferq; pedem dictis vatis sanctissima virgo,
 Materq; ipsa Dei viui celebranda Maria,
 Carminibusq; pijs regina à vertice cæli
 Auxilium des diua meis, oresq; benignus
 Filius ipse mihi veniat (sanctè omnia sient)
 Catholicè vt liceat per Christum condere cæmen,
 Transcriptos cantet cineres, & corpora regum
 Musa piè, & mundo memoret mihi gesta Philippi.

Et vos qui missi totum resonare per orbem
 Vidistis dominum peregrini in veste profectum

Qui ex nihilo fecit omnia.

Visibilem omnium
 & invisibilem factorem.

Ad Christum apostrophe.

Primitiæ resurrectionis Paulinum.

Non mortui laudabunt te domine nec omnes qui descendunt in infernum.

Regem, cui omnia viuunt venite adoremus.

Qui præsentia præterita & futura videt.

Dormiunt domino quem expectat spes certissima, vel ossa arida.

Inuocatio.

Ante partum, in partu, post partum virgo inuiolata permansisti.

Quia quæ meruisti portare resurrexit, sicut dixit.

Per Christum omnia sanctè & catholicè dicentur.

Inuocatio.

Is cui nomen Cleophas, & alter.

u solus peregrinus

& h ec ignoras et
nxit se loquens ire.

Tota hystoria in a-
tus Apostolorum.

era eloquētia idea

Dissertus & eloq̄ns

omnes facundus in

uo. incrant omnes

desauri sapiētie &

cientia Dei.

Tonne cor nostrum

rdens erat, dum lo-

ueretur in via.

haricas omnia par-

est.

hristus semper me-

lius vel inter duos

atrones in Cruce.

Ma ana nobiscum do-

nine.

Diuina obiurgatio,
o stulci & tardi cor-
de.

Christus scripturarū
interpres mirus, que
de se testimonium
perhibent.

Nōne oportuit Chri-
stum pati & sic in-
trare in gloriā suā.
Quomodo cognoue-
runt eū in fractio-
ne panis.

Inuocatio.
Qui vera daces.

DE CATHOLICA REGALIVM

Post mortem viuum castellum tendere Emaus,

Sexaginta tunc stadijs ex urbe popellum,

Visebat Dominus motus charitate duorum,

Pergens sermones referebat viuis amicis,

Dulcibus, atq; comes remouens tunc tadia dictis,

Igni interq; vias immisso exarserat intus

Cor pulsans pectus saliebat voce salutis:

Quos spes turbarat, charitas ast vna superstes

Manserat, & studium, nondumq; reliquerat ardor:

De domino alterni repetistis verba dolentes

Quos interueniens Christus de more docebat,

Tunc medius, solitus de se referentibus esse:

Pœnituitq; duos non cognouisse loquentem,

Pendentes animis domini narrantis ab ore,

Quos tardos corde, & stultos iam dixerat idem:

Vos duo discipuli mirati carmina, Christum

Dicentem sensus mira dulcedine vocis,

Audistisq; via vatum prædicta priorum

(Longa retro series fato iam nota virorum est)

Dum Dominus de se scripturas narrat aperte,

Conuenisse pati Christum, tum surgere viuum,

Surrexisse pijs narraastisq; ordine vere

Fratribus, & Christum cognosse in pane refracto

Sancta faue ceptis Romana Ecclesia mater,

Christum dulce caput scimus nam viuere tecum,

Digere tu in numerum, quam spiritus ille gubernat,

Orbem qui replet donis, tum corda piorum,

Spiritus hic sanctus solitus qui cuncta docere

Cœlitus ut quondam flamas, linguasq; cadentes
 Dispersit, veniens consedit cordibus ignis,
 Gentes ut varia sanctos tunc ore loquentes,
 Dicere mira Dei terris magnalia linguis
 Audiuere suis stupefactaq; corda virorum:
 Non aliter populi, ciues, orbisq; remotus
 Ethiopes cernant dicentes grandia regum,
 Catholicos vates Hispana in gente Latine
 Scribere magni loquos pompas, tumulosq; Philippi,
 Funera ducta, vias transcriptos ordine reges
 Afflatus cantem diuino ut nomine cippos,
 Ossaq; lecta cadis, cineres, & corpora miris:
 Me pater omnipotens viuo inflamabit amore,
 Ut Triadis sanctę volitem virtute per astra,
 Sis mihi nunc testis precibusq; in funere sancta
 Regibus aternam requiem lucemq; petebas
 Perpetuam cœlo lucere à morte beatis,
 Per Christum sponsum spe certa hæc omnia dantur.

Flagrabat Christi pietatis amore Philippus
 Semper, & assiduo commotus honore parentum,
 Atq; oculis Carolum Quintum dum cernit in horas,
 In censuq; magis voluebat premia regum:
 Cui presens aderat mater, pietatis imago,
 Rex patrios vultus contemplan's ora subinde,
 Cernebatq; pius venerandam iure figuram:
 Utq; parens Carolus rerum commissit habenas
 Nato in morte pio, moderanda & regna Philippo,
 Hispanæ gentis curas, tum prælia ponti,

A iij

Veni sancte spiritus
 repletuorū corda fide
 delit. Spiritus dñi
 pleuit orbē terrarū
 Spiritus sancti sept
 dona.

Ex omni natione
 quæ sub cœlo est.
 Et loquebantur
 vris linguis magna
 lia Dei.

Res noua Philippi
 temporibus.

Spiritus sanctus qui
 vera docet.

Sancta Trinitas
 vnus Deus miser
 nobis.

Ecclesia Catholica
 testis verus verbi
 Christi loquens.

Narratio.

Philippi charitatis
 ardor.

Cæsaris quinti pa
 tris præsentia.

Hispaniarū & to
 tius orbis catholici
 domi militiaq; ge
 rendū imperium.

um Mauris hereticis Turcis et hominibus Christiani nominis continenter bellum gerit Philippus.

Sobrius pius & in fide à Christodoctus vivere contendit Philippus.

Mandatum Caroli quinti.

Mirus amor patris qui filio reuelat arcana.

Docilitas captatur & attentio.

Sectæ & hereses rescindende euangelij falce.

Elegans similitudo. Officij sancti virtute insite opinioniones false prius abradende, ut pictores in tabulis faciunt.

Alegoria.

Declarat alegoriam.

Heretici catholicis regibus Hispanis iniuri sunt precipue.

Hoc potissimum facit dum curat Philippus ut peccata quantum potest à regni tollat Consultum male consultori pessima res

Indos, Hereticos, Maurosque & barbara regna, Europa, atque Asia, Turcas, crescentis in armis:

Filius accepit mandatum grande Philippus

A patre, & uiuens Carolus sic iusserat olim

Hæc peragenda suo nato, qui regia iuste,

Sobrius atque pie, populos moderatur & omnes,

Carolus hæc dixit nati commotus amore.

Hic tibi fabor enim breuiter, paucisque Philippo

Expeditam dictis, mentisque arcana docebo,

Vt deceat Domini meditari in lege regentes,

Noctes atque dies diuino & iure teneri.

Principio sectas quas tu iam rere perustas,

Hereticosque Dolos, fraudes, mentesque malignas

(Regibus Herculeis superanda hæc viribus Hydra)

Dele nate pijs instructus legibus ante,

Hispanis quam iura tuis des commoda regnis:

Namque vrenda filix late nunc spargitur agris.

Serpere more scias altis radicibus actis,

Et varios censis mutare, & vertere mentes:

Catholicis longa hæc iam facta iniuria nostris

Regibus Hispanis, qui Christi sacra sequuntur:

Corruptas gentes excludas urbibus, ibis

Rex primus Christi populis adiutus in hostes,

Si insurgant reges aduerso Marte rebelles:

Peccatum rex ipse viam iam destrue cautus,

Consilium vites regum, quibus impia pestis

Iura placent, mundi leges sectantur iniqui:

Pontificem sanctum Romanæ sedis adora,

Ne digitum latum præscriptis ore recedas,
 Ille tibi Christi leges, & fœdera dicet,
 Iudiciūq; Dei pastor per cuncta docebit,
 Cui cœli inferniq; data est iam iure potestas,
 Per Christum dominum potuit qui reddere cuncta,
 Et clauēs tenet ille, polum clauditq; recludit.
 Catholice in regnis dum viuis nate Philippe
 Cœlorum regnum fac quæras primus in orbe,
 Prospera sic populis per Christum cuncta dabuntur,
 Ad votumq; tibi venient optata: Philippe.
 Expertus refero, per quanta pericula Christo
 Ducente Hispanos superauimus ardua rerum:
 Per varios casus fortunam vicimus ipsam:
 Dum leges sequimur Domini, iustisq; tenemur
 Mandatis seruire pijs, sic regna tenemus,
 Seruamusq; diu Christi præcepta sequentes.
 Huc age nate tuam mentem conuerte Philippe:
 Nunc etiam regnis rerum discrimina nostris
 Iam grauiora tibi terris, pontoq; manebunt.
 Tu ne cede malis, in Christo fortior ibis,
 Vinces Marte tuo diuinis viribus hostes,
 Præsidio cœli, Domini virtute gerenda
 Bella tibi, nomen Christi dum spargis ubiq;
 Catholicamq; fidem sacra pietate tuorum
 Defendens princeps animis, armisq; duorum.
 Hereticam pestem regnis, Maurosq; fugantur
 Fernandi, Isâbel, qui primi hoc nomine dicti
 Catholici regnum cœli, vitamq; beati.

A iij

Cui Philippus sub-
 ditus dedit obedi-
 tiã catholicam.

Ille pastor bonus pa-
 scit oues Christi
 quas amat vniçe.

Ille spiritu sancto
 doctus vera docet
 secundum Christum
 cui clauēs Christus
 dedit ligandi & so-
 uendi potestatem.

Primum querite r-
 gnum Dei & iust-
 tiam eius & hæc o-
 mnia apponentur
 vobis.

Ex me dicere & fi-
 cere perdisces.

Periculum in me fi-
 cito tibi quod ex
 vsu fiet.

Christus sequēdu
 qui via est verita
 & vita.

Omnia vincētur in
 Christo.

Seruātes mādāta v-
 tāeternā cōsēqntur

Renouatur attēctio
 Vt auos catholico

Ferdinandū, & Is-
 bel sequatur Phil-
 pus, qui requiē ete-
 nā, & lucē perpe-
 tuam tenent.

Quia officij sancti
autores fuerunt.

Officiū sanctū His
panorū regū virtus,
& potestas unica.

Officiū sanctū pro
parte regia defendē
dū est Philippo, ali
ter regna nō perma
nebunt, nec ipse re
gnabit tutus.

Ut actibus fidei in
ter fuit idē Philip
pus cum cōsilio re
gio.

Amici sed vsque
ad anas.

Seultus amor est v
bi fides catholicā
regnat.

In sela Curuli cum
regni insignibus a
tribus inter fuit Phi
lippus cui ense re
riū fulgentē aduer
sus hereticā pravi
tatē tenebat illustri
simus Comes de
hinchon.

Trāslationis cause
uste describuntur.

Illud tibi soli pecca
ui & malum corā
e feci numeris ad
trinxit poeta.

Perpetuo, aeternam lucem, requiemq; tenebunt:

Officij sancti quod regnis iura dedere,

Regibus Hispanis, tua sola, & magna potestas:

Hanc tu nate pius seruabis viribus ingens:

Si regnare iuuat longe, lateq; per orbem,

Patres ipse colas, scrutentur ut omnia tuti,

Defendas armis vindex, presensq; videbis

Actus ipse fide, comitatus praeside regni

Interfis rebus sacris, metuendus & illis,

Quicunq; optarint cognatis ferre fauorem,

Et recti specie decepti in iusta sequuntur.

Oblitiq; fide, stulti pietate mouentur:

Rex aequus, fidusq; Deo, vultuq; sereno

In Christum fixos oculos immotus habebis,

Iudicibus cunctis aderis coniunctus in hostes,

Sede regens celsa, fulgenti regius ense

Hereticis bellum, flammās, mortemq; mineris,

Funditus, & pestem candenti falce recindas.

Vnum nate tibi repetens per cuncta monebo,

Spiritus ut primum Domino reddatur, & ipse

Mortalis fatis concedam, protinus idem,

Tu pietate mihi funus regale parabis,

Exequiasq; pius faciat, tum iusta sacerdos,

Atq; preces fundat Domino, qui iustus in omnes

In me sit clemens, veniam concedat amore,

Quo generi humano miseratus corde pepercit:

Consciūs ipse mihi peccauī, & crimina soli

Atq; malum feciq; tibi, heu miserere dolentis

P.
P.
R.
P.
L.
Ig.
N.
In.
S.
P.
R.
In.
In.
R.
L.
C.
L.
N.
S.
S.
C.
P.
E.
C.
L.
L.

Pœnituit vitæ peccati, iniuria dicta est,
 Peccata & fassum, soluit de more sacerdos,
 Restitui cunctis, onus, & quæ debita regnis
 Persolui ut potui, doleo peccasse regendo:
 Det dominus veniam, miserisq; perentibus adsit,
 Ignoscatq; mihi Christus, cui parere cordi est, *parcere.*
 Ne certes mecum contendens iure redemptor,
 Iudicis ante oculos poterit quis iustus haberi
 Sancte tuos? miserere animi peccata fatentis:
 Patronus sitq; ipse mihi, patremq; reducat,
 Ad dextramq; sedens defendat, iura resoluat,
 Rescribatq; mihi litem, causamq; remittat,
 In mundo siquidem nobiscum est usq; futurus
 Altari in summo, pro cunctis hostia viua,
 In cælis regnans, in terris viuet in æuum,
 Romanaeq; caput ecclesiæ in sæcula Christus
 Digneturq; pio misereri nomine sanctus,
 Oblitusq; mei ne sit pater optimus unquam,
 Dum purgo in pœnis animam, puramq; relinquo:
 Nam culpas Dominus nati charitate remisit,
 Sanguine tunc Christi, confessis ore pepercit:
 Supplicium tamen ipse Deus, dum sumit, & igni
 Quisque suas pœnas dantes purgamur, ut aurum,
 Pontificis sancti suffragijs, nate Philippe,
 Ecclesiæq; piæ, virtute, & sanguine Christi,
 Orando assidue, precibus, donisq; piorum
 Ibimus in cælum, Dominus placatus & ille
 Indulgensq; mihi requiem concedet amicus,

Confessionis partes
 Dimittuntur tibi pec-
 cata, vade in pac-
 e & amplius noli pec-
 care Christi verba.
 Parce dñe parce ser-
 uo tuo quæ precioso
 sanguine redemisti.
 Nō intres in iudi-
 cium cū eo, quia non
 iustificabitur in cō-
 spectu tuo. Verba
 quinti catholici. Se-
 cūdum me, licet det
 iustus iudex.
 Nobiscū est viuus
 dñs filius Dei viui.
 Christus ecclesiæ ca-
 put semper memor
 est nostri.
 Si oblitus fuero tui
 Hierusalē obliuio-
 ni detur dextera
 mea.

Purgatoriū dicitur
 vbi animæ post mor-
 tē purgantur, quia
 nihil immundū in-
 trahit in regnū cœ-
 lorū vbi omnia mū-
 da sunt.

Dimittuntur tibi pe
ata, vade in pace
& amplius noli pec
care. Christi verba.

Conclusio.

Ecclesie oratio pro
defunctis salubris et
sancta per modum
suffragij indulgen
tias concedit sum
mus Pontifex.

Conclusio.

Deus supra omnia
amandus.

Hoslia viua Chri
stus offertur pro re
gibus principibus pō
rificibus et pro exer
citu Christiano.

Quia sine me nihil
potestis facere ipse
dixit.

Rex regū & domi
nus dominantium
Christus nobiscū est
sine brachio dei in
valida regibus pu
gna.

Sine ipso factū est
nihil.

Reges sine Christo
inualidi.

Posteritas regia se
ries longissima.

Sine fide catholica
regna imperia et po
testates nō durabūt

DE CATHOLICA REGALIVM

Cum sanctisq; Deum per Christum iure videbo.

Quare hæc sancta tibi nunc alta mente repones,

In primisq; Deus Christus celebrandus ametur:

Fac populis hæc cura tuis sit magna Philippe,

Orandi que Deum morem teneatq; sacerdos,

Assiduum pro rege suo libamina prima

Rem faciat templis diuinam sanctius idem

Militiam seruetq; duces, nostrasq; phalanges

Christus ut ipse Deus summi regnator Olympi,

Quo sine cuncta ruunt frigentq; negotia regum,

Quæ nisi catholico moderentur iure ministri

Reges, atq; fidem defendant legibus, armis

Non regnum stabit nulla & durare potestas

In columis poterit, nec virtus vlla manebit

Omniaq; in peius paulatim lapsa peribunt

Imperia, & vertens aui longinqua vetustas

Exedet violens reges, nomenq; superbum:

Regnabit solus nobiscum Christus in orbe.

Te sibi coniunget Romana ecclesia mater

Coniuncta sponso, Christi præcepta tenebit

Relligio in terris, Regumq; Hispana propago,

Nati natorum, tum qui nascentur ab illis,

Hactenus ut tenuit series longissima regum,

Maiorum pietas & nostra Hispania seruat.

Is felix Christi nomen fer nate superstes,

Ad superos tecum victrix, ecclesia regnet

Pontificis sancti surgat diuina potestas,

Perq; mare, & terras domineris: nate Philippe

Sis memor ipse mei regnans, matrisq; beata
 Catholica Isábel, quanq̄ caelestia regna
 Auxisse, & numerum sanctorum credimus illam,
 In duperatricem Christo regnare beatam:
 Nate, precor populos Hispanos delige rector,
 Acceptus viuas animis, placeasq; cohorti
 Nam data pax Christi iam nostris regibus alma,
 Catholicoq; tibi est, qua ductus viuere possis
 Pacificus, regnans rerum potieris ubiq;
 Regibus & mundi cunctis exempla daturus.

Hec pia catholicus nato mandata Philippo
 Tradiderat, Triadis benedixit nomine sancta,
 Virginis & matris, Christi commendat amori,
 Auspicijs, auibusq; bonis vt pergat agendo.
 Excussis lachrymis templo se sepsit in alto,
 Dum Christu Dominu sequitur, tunc cuncta reliquit
 Nam seruire Deo regnare est, regibus ipsis
 Carolus ille pijs dixit, dum regna tenebat.
 Vnde foro inscriptum Garnata ad regia seruat,
 Pro foribus praeses Alaba hoc inscripsit habendum
 Corduba pontificem tenuit clarissima genti.

Conformis domino contendens esse Philippus,
 Et parere pijs dictis, iussisq; parentis,
 Subiuga qui Christi missus regnauit ubiq;
 Obsequio patris, tum matris deditus ille,
 Subditus vt quondam Christus fuit ipse duobus,
 Exemplumq; dedit cunctis pietatis in orbe:
 Rex pius hic noster vita coluisse parentes
 Dicitur mundo, Christum per gesta sequutus,

Summipontificis a
 fiduam habuit ra
 tionem.

Duo semper coniu
 ges in carne vna ca
 tholice vixerunt.

Isábel Imperatrix
 nostracatholica bea
 ta quia in domina
 mortua.

Nōquā mūdus dat
 Philippus pacificu
 filius Dei cui pac
 suā Christus dedit
 Conclusio.

In nomine patris e
 filij & spiritus san
 Et patris catholic
 benedictio.

Bona auspitia Chr
 sti.

Ecce Carolus reli
 quit omnia Christu
 sequutus.

Seruire Deo regna
 re est, quā sententiā
 episcopus Cordubē
 sis Alaba in foro
 regali Garnatę in
 scribendā curauit.

Mens Philippi sa
 na, & catholica.

Philippus parenti
 bus subditus Christi
 exemplo.

Philippi obsequium
memorable.

Vrbs garnata catho-
licorum regū sedes.

Garnata deposita
corpora regalia.

Caroli Quinti man-
datum.

Reges curæ non si-
nunt.

Mandatum pater-
num implendum iu-
stum, & catholicū.

Modus quo pacto
trāslatio facta sit.

Ad præsides duces
& episcopos liter-
ris dedit Philippus

Qui viuos reges suspexit subditus illis,
Mortua decreuit venerari corpora sanctè,
Iungere tum patrem, tum matrem, coniugis ossa,
Fratres infantes transcribere legibus ambos
Ad tumulum Caroliq; Isâbel matris, ut omnes
Regia coniunctos cineres concluderet urna.
Vrbs antiqua duos venerans Garnata maritos
Catholicos reges Fernando, Isâbel in vno
Conclusos tumulo multos seruauerat annos,
In duperatricem matrem, fratresq; beatos,
Principis & cineres ciues coluere Philippi,
Depositos quos lege dedit, Carolusq; remisit.
Exactum tempus longis labentibus annis
Voluebat Rex ipse pius, noctesq; diesq;
Ex quo relliquias Caroli, cineresq; parentis
Condiderat terra, matrisq; & coniugis ossa.
Inter tot curas, & dura negotia regni
Tunc memor ille sue pietatis honore parentum
Explere optabat, sanctèq; faceffere iussa.
Quo pacto id factum est, regis nunc accipe mentem
Augustamq; piam, dignam te rege Philippe:
Mittere legatos, quocunque & corpora regum
Depositata in tumulis Hispanus clauderet orbis,
Vt regū templis vrbes seruare tenentur,
Hacq; remota locis populum coniungere in vnum,
Decretum est, regni cunctosq; docere ministros,
Rectoresq; duces, prætores, ire cōhortes,
Et stipatores, equites, peditesq; vocari

Im
Se
Ci
N
N
Q
P
C
C
H
Q
C
E
E
I
I
F
I
C
I
I

Imperat, hinc omnes parent præcingere vestes,
 Sequ; suos comites iungentes arma pararunt:
 Custodes regis iunguntur protinus ipsi,
 Nec mora, nec requies venturis ulla dabatur.
 Non secus ac dixit rex, tunc mandata gerebant,
 Quæ pietate viri prudentes plena videbant:
 Partes quisq; suas facturis nomine regis
 Conueniunt, pars inde fuit selecta virorum,
 Armatura leuis pergit, quibus ire iubetur,
 Cum duce qui pedites, equitesq; & duceret agmen
 Hinc ad Pontifices conuersa est cura Philippi,
 Atq; sacerdotes castos, templiq; ministros,
 Quis sacra, & laudes, mandanda & carmina cæli,
 Cantores ferrent celebrare hæc regia iusta,
 Exequiasq; pias facerent, & funera templis:
 Et monachos plures cura est reuocare peritos
 Legis catholica, dicturos ordine vitam,
 Et regum mores sacros per pulpita sancte:
 Religiosa manus venit, lectiq; grauesq;,
 Docturiq; Dei sermones regibus aptos,
 Quis regnum cæli iustis tenet ille paratum,
 Defuncti in Domino qui sunt, his vita beata
 Concessa est, calum gestis meruere regentes,
 Adiuncti in terris virtute, & sanguine Christi,
 Pincia seruabat corpus, cineresq; Maria
 Depositos tumulo, veneranda atq; ossa beata
 Regina in templo regalis cura quotannis
 Dicta parentare, & solemnes ducere pompas:

Regius apparatus.

Diligentia & ministrorum solertia.

Pro se quisq; sed fecit ut regi placeret.

Ex regis custodia, milites equites peditesq; cum duce misit.

Pōtiffices acciti.

Catholicus apparatus concionatores excellentissimi venerandi undiq; ex omnibus ordinibus canobio.

De Catholica mortuorum spe dictum per templa.

Beati mortui qui domino moriuntur in Christo valent merito nostra.

Vulgo Valladolid. Regina Mariæ corpus regale regionem translatum.

Episcopus Salmantinus.

Mendocæ familia antiqua, & generosa rebus gestis clara

Clarissimus vulgo Marques de Aguiar.

Splendidus & lautatus paratus.

Omnia more regio celebrata.

Amplificatio.

Hoc pacto Mariae corpus Marchio digne transfuit.

Regum cathol. coru cautio, pro mortuis suffragia.

Regina Hispaniarum Caroli quinti imperatoris soror.

Hanc Salmantinus Gonçalez nomine Petrus,
 Mendocæ gentis clara de stirpe creatus
 Munere Pontificis deduxit, regius ille
 Principibusq; viris comitatus sacra sacerdos
 Fecit, tum pompa celebravit funera doctus,
 Et sapiens, sancte templum deduxit ad ipsum,
 Regale ut iussus commissit honore ministris.
 Marchio & ipse potens Aquilarius ordine largum
 Agmen agens procerum, florentes Marte cateruas
 Custodes regis solitos servare per arces
 Illustresq; viros ductans mandata Philippi
 Exegit laute Mensis, opibusq; cohortem
 Accepit luxu regali in funere Princeps,
 Plurima perq; vias celebrans convivia cunctis,
 Oppida, Cauponas dapibusq; oneravit, ut omnes
 Intrantes secum ferrent obsonia dono:
 Multaq; per campos tenebantur strata volenti
 Sumere, quæ vellet pueris portare ferenda,
 Atq; lares visens natas, carosque penates,
 Diuitias posset famulis augere beatus.
 His ducibus templo cecidit regina parato
 Quod celsis tumulis instruxit, & arte Philippus.
 Emeritæ fuerat Leonor regina sepulta,
 Cui soliti ciues sacros tunc reddere honores,
 Regibus ut cautum est fieri, sic lege quotannis
 Exequiasq; pio faciebat more sacerdos,
 Regali in tumulo quiescebant ossa sororis
 Quinti victoris Caroli, sacraeq; Maria.

Qu
 Fel
 Pro
 In a
 A
 Ori
 Cla
 Et j
 Egi
 Ing
 Ne
 On
 Di
 Ap
 De
 Qu
 Ipse
 Poi
 On
 De
 Di
 Co
 Ro
 Ius
 Re
 Or
 Ca
 Re

Quos peperit regi regina Ioanna Philippo,
 Fælix prole pia, materq; beata marito,
 Prospera tunc natis tenuitq; ad regna nepotes
 In duperatores, reges, rerumq; potitos.

Ast comiti Leonor commissa est iure Philippi
 Ortos pedæ qui iam pompæ cuncta pararat,
 Claritate sui generis coniunctus amicis,
 Et famulis venit celebranda ad funera regum:

Egit & ille viros illustres nomine secum,
 Ingentem turbam comitum, clarosq; ministros,
 Non opibus parsit tunc replens agmina gentis,
 Omnibus ad votum princeps obsonia large

Diuisit, mensas oneratas lancibus, amplos
 Apposuitq; cibos, regali more per vrbes,
 Deduxit corpus regina iussa sequendo,
 Quæ misit fieri mira pietate Philippus.

Ipsè comes fecit, quod rex optauerat apte.

Pontificis Cauræ necnon & cura peregit
 Omniaq; in pompa regali, & funere sacro
 Debuerant iuste celebrari, & ritè sepultis.

Didacus a Deça dictus, qui funus agebat,

Consultus iuris clara de stirpe suorum,

Romanoq; foro quondam seruire Philippo

Iussus, pontifici placuit per regia summo,

Rem faciens templis diuinam rector adibat,

Orans perq; vias sequitur dum carmine corpus,

Cantores vario, dulci & modulamine voces

Reddebant, hymnos, responsa & dia, sacerdos,

Vnde tot reges et imperatores nati.

Vulgo el conde de Oropesa.

Regali more corpus deduxit.

Miro apparatu.

In omnibus morem gessit Philippo Comes illustrissimus.

Vulgo de Coria.

Missus ex foro Garatensi Romam.

Numeris suis omnibus munus absoluit

Mira pontificis pietas.

Cantorum turba.

Defunctorum officium & vigiliæ

secundum Romanæ Ecclesiæ usum,

Philippi mandatum
regium.

Ad votum & ex
sententia regis tran-
latio facta est.

Ad diui Laurentij
templum regius ap-
paratus.

Mēs Philippi ut re-
alia corpora iun-
gerentur.

Garnata ad tempus
corpora remisit.

Garnata catholica
seruabat corpora.

Transitio.

Attentio & bene-
uolentia cum docili-
tate.

Altari assistens adolebat thura, ministri
Perq; vias vigiles referebant sacra subinde
Carmina, quae tradit Romana Ecclesia sancte,
Dum pro defunctis orat, requiemq; reposcit
Perpetuam, & lucem cum sanctis flagitat almam.
His ducibus Leonor regina elata subiuit
Augustum templum mandato, & lege Philippi.
Cautio sed regis fuerat, quod corpora iuncta
Intrarent templum Laurentij, & tempore in vno
Vndiq; concursus fieret, iunctaq; cohortes,
Vnamq; ad sedem veherentur regia ductu,
Non aliter factum est, q̄ mens optauerat ipsa
Catholici, praefesq; duces, famuliq; regentes,
Corpora deducuntq; locis, pompasq; reducunt,
Funera componunt, transcribunt ossa piorum
Regum, quo voluit transcribi more Philippus.
Aduentumq; simul sperabat & inde futurum
Dicta dies, iunctis quam rex praescripserat idem,
Betica quo matrem, & fratres Garnata sepultos,
Principis & corpus nostrae venerata remittat:
Vt Caroli patris iungantur & ossa sepulchro,
Vndiq; translati ut cineres tunc regibus irent
Celsos ad tumulos, in structas aere columnas,
Auro compositas, tabulis, ostroq; superbo:
Ordine quiq; suo coniuncti ad sacra venirent:
Quae iam rex summus regali in sede pararat.
Haecenus haec cecini Castella ad mania gesta
Quae fuerant iussu in templis perfecta Philippi,

Diui

Diui Laurentij circa adem rite gerenda,
 Carpentanorum qua instruxit Mantua diues,
 Hispanus Mádrid vulgato nomine dicit,
 Rex ubi semper agit, residens, & curia regni
 Consiliumq; forum regale, & prasidis aula:
 Nunc animum dictis conuertens mira videbis
 Catholicè, hæc regnis, populisq; & gentibus, audi
 Quæ Garnata suo regi gratata Philippo
 Officiosa dedit, tumulos, quos extulit altos,
 Regifico luxu sumptus, obsonia, mensas,
 Et lautas epulas, fabros, quos iussa parauit,
 Artifices summos, excissas arte columnas,
 Quam pretio ingenti ceram, funalia quanta
 Conuectans iunxit, promptos ad cuncta ministros,
 Instituitq; viros reparantes lignea, ferrum,
 Vestes funebres, vexilla, & regia fecit,
 Hastis insigi iussit, quæ extensa ferantur.
 Nam quamuis bellum ciues confregerat ingens,
 Afflictosq; senes, iuuenesq; ex vrbe repulsos,
 Quos fortuna loci latos exclusit in agros,
 Consumptis opibus proceres, dominiq; potentes
 Atq; magistratus, tenuis res publica, patres,
 Egebantq; duces nullo discrimine rebus:
 At natura mares animos non ipsa reliquit,
 Mens generosa viros incendit, protinus omnes
 Audito regis mandato insurgere certant:
 Tunc vires rediere, suis neruisq; facultas,

Quidquid in arte po-
 tuit excogitari, et
 regi suo faceret gra-
 tissimum Garnata
 prestauit.

Omnium copia in-
 gens.

Nihil fuit desidera-
 tum.

Regni conditio &
 status pro tempore.

Quos concussit &
 afflixit Bellum.

Garnatensis Belli-
 costi omnes.

Omnem mouerunt
 lapidè ciues, ac ma-
 gistratus regi suo
 fideles.

Amplificatio.

Prouerbialiter.

Herculeis animis subito, neruisq; receptis
 Per populos credas thesauros esse reclusos
 De fosos quondam Cresso per regna potenti
 Resq; suas, aurum, si quod restabat ab hoste
 Reddunt inde p̄j monumenta & regia patrum,
 Argentum, tripodas, spoliarunt vasa per urbem.

Epiphonema.

Tantus amor regis concussit corda virorum,
 Commouitq; pios regali in funere ciues.

Tuncq; viro ingenti cæperunt cuncta parari,
 Illustris rector moderans urbana Zuazus

Ex animo regi seruire, & iure Philippo,
 Hortatus ciues, proceres, orbisq; ministros,

Atq; magistratus, ferrent regalia templis
 Stemmataq; & populum fecit coniungere magnum:

Praetoresq; suos iussit lustrare maniplos,
 Artifices, fabros, sutores, id genus omne,

Ordine quisq; suo ductarent munera pompæ,
 Regia iusta tribus commissit lege paranda

*
 p̄t Principibusq; viris conscriptis patribus, idem
 Reddidit officium regali more gerendum.

Iam media templi præses testudine iussus

Impensis regis, mandato & Deza Philippi

Erexit tumulum, quo non Augustior alter

In terris visus, breuitate, & temporis hora.

Non secus ac iussit fieri rex ipse Philippus,

Structura ascendit cælo, mirabilis orbi.

Surgebat tumulus latis, celsisq; columnis:

Praetoris summa diligencia ad regalia corpora transferenda. Cura rerum gerendarum.

Erectus est tumulus in medio sacelli regij quæ excellentissime mira arte dictu ac factu præses erexit.

Illustrissimus Petrus à Deza.

Principis ingenium monstrabat quadra videnti:
 Regis opus dignè non enarrabile musis
 Noluit ipse breui describi carmine princeps.
 Pontificiq; pio Delgado ad sacra regenda
 Commissum est funus, cineres, & corpora regum
 Transcribenda suis tumultis, dederatq; Philippus
 Francisco domino Mentese hæc iusta colenda,
 Qui doctus legis Christi præcepta salutis
 Dans pastor, famulos ductabat mille receptos,
 Præsbyterosq; sibi, cantores legerat. Ille,
 Qui canerent templis regum responsa piorum,
 Scripturas norat, tum sacra munera vitæ,
 Interpretæs mirus docuit, fecitq; per vrbes
 Officium, partesq; suas iudexq; paterq;
 His bonus auspicijs pastor tunc rege creatus
 Mentese princeps speculatus templa per urbem,
 Fælix semper oues custos defendere voce,
 Atq; lupos dictis arcere, & pellerè caulis.
 Et compostellæ Blanco signatus in urbem
 Iam Malaca egressus celebranda ad regia venit:
 Sermonem fecit, sapienter dixit, & aptè
 Distinctè, ornate conclusit viuere reges
 Defunctos, Christi fælici & morte beatos.
 Excellens venit dux tunc Tartesius ille,
 Barbara gens vulgo de Alcalla nomine dicit:
 Fernando Enrriquez cognata voce suorum
 Qui turba ingenti varia stipante caterua

Intellectus acumen
 expressit præsidu.

Mentese vulgo
 Iæna.

Episcopus irrepre-
 hensibilis.

In gentem vocalitè
 cantorum r u neru
 duxit.

Doctissimus theo-
 logus.

Episcopi partes &
 officium oues pasce
 tis in Christo.

Qui primus concio-
 natus est in regio sa
 cello Malacensis.

Beatos qui in domi
 no moriuntur viue
 re & pie & orator
 eloquenter dixit in
 funere regali.

Dux excellentissi-
 mus Tartesie.

Quos vulgo Gran-
 des appellant, Hispani,
 Romani regulos
 dixerunt.

Omni sua illustris
 ma familia.

Garnatam ingressus multis cum millibus urbem,
 Regulus is prisca esset tunc iure Latinis:
 Namq; Ribera suae princeps cognomine gentis
 Oppida per regnum Domini quam plurima: campos
 Possidet, & portus latis ditissimus agris,
 Ingens argentum mensis, auriq; talenta
 Attulit, ut regi seruiret honore Philippo,
 Instructos calices, ostrum, pulchrosq; tapetas:
 Cui genus armipotens quondam faelitia gesta
 Reddiderat Mars ipse viro, fraterq; gubernans
 Parthenopis regnum magna ditione Philippi,
 Enrriquez Petrus mira fuit arte regendi.
 Morigerus venit mandatis regis, amicos
 Princeps sex secum comites ad regia iusta
 Attulit atq; domum regali more paratam
 Hospitibus dux ille suis ornauit & apte,
 Ut nihil à populo peteret, sed tecta, domosq;
 Hospitium regale dedit Garnata per urbem.
 Corpora qui postquam regali more per urbes
 Ingenti sumptu comitatus gente suorum
 Ad Caroli Quinti deduxit corpus, ut illud
 Legibus exciperet sacris, obiterq; referret
 Caesaris & cineres, memoranda atq; ossa per orbem
 Ad templum mirum, condit quod regia virtus
 Maiestas, animusq; pius, mens sana Philippi
 Vouerat ipsa Deo Laurentij nomine sancti
 Syllana è turri corpus cineresq; Ioanna

Septem comites se-
cum dux acutos du-
xit.

Domos tantum.
Garnata dedit &
benignè ducem ho-
spitio accepit.

Pro rege Neapolitè
auxit Philippo.

Regine Ioanæ cor-
pus Garnatam vs-
que deduxit.

Pontifex præses.
Forum regale magi-
stratus Garnatensis
crucibus ducentibus
sacra venienti regi-
ne obij exierunt.

Votum Regis Phi-
lippi.

Regina ad regnum Garnata transtulit idem,
 Grandibus impensis ciues coluere receptum,
 Crux Christi occurrens ducebat vera cohortem,
 Qui sedet ad dextram patris venturus in orbem
 Omnipotens iudex viuis, & lumine cassis.
 Obuius exiuit contemplans viuere reges
 Guerrero in Christo pastoris nomine Petrus.
 Orator mirus rectum dignoscere curuo,
 Per docta musas qui absorpsit mente sorores
 Catholicamq; fidem, docuit misteria vitæ:
 Quiq; & oues Christi Dum pascit lege salutis,
 Certanti ex alto missa est charitate corona.
 (Nam Carolus Quintus Romanae sedis amator
 Pontificem fecit vitæ virtute subactus)
 Occurrit praesensq; forum, tum curia regni.
 Terq; Aquilam flexis genibus dimissit honore
 Lenisius Petri iactat quem Corduba natum:
 Ipse magistratus corpus, Dominamq; recepit,
 Impositamq; humeris procures retulere, subinde
 Alternis ibant portantes viribus ossa
 Regia, perq; vias tumulis possuere sub altis:
 Cantabat psalmos, hymnos, & carmina sacra,
 Thura dabat cineriq; pio requiemq; petebat
 Aeternam lucem Christum lucere sacerdos,
 Reginam tandem celebrarunt lege ministri
 Catholica, tumulo iunxerunt ritè Philippi
 Coniugis, atque preces Romana ecclesia sanctas

Dux.

Crucifixus pro nobis Christus.

Petrus Garnaten-
sis.Sors Petri à Carolo
designata.


Logicus mirus.

Stemata Petri.

Modus quo pacto
regine Ioannæ cor-
pus elatum fuit.Illustrissimus Deza
Loisius à Corduba
ducis Suasæ cō sobri-
nus.In sacello regio cor-
pora regio more ma-
ritata.Credo carnis resur-
rectionem & vitā
eternam.Pro quibus Roma-
na Ecclesia per Chri-
stum spōsum requiē
eternam & lucem
perpetuam dandam
Deū orare nō cessat
in re diuina facien-
da.

Ad dominum fudit, qui parsit sanguine nati.
Surrectura duo speramus iudice Christo
Corpora iuncta Deo, quæis danda est gloria viuis.
Hæc sunt quæ nostris dicuntur versibus apta
Catholicis, rex iura dabis, quo viuere possint
Carmina, quæ vita reges cecinere beatos.

Conclusio.


LAVS DEO, PAX
 viuis, requies defunctis
 regibus, in sæcula
 sæculorum.

Amen.



**AD CATHOLI-
CVM, ET INVICTISSIMVM**

Philippum Dei gratia Hispaniarum Re-
gem Prologus dedicatorius, in quo
de translatione catholica gesta Au-
gustè, breuiter recensentur.

PER EUNDEM MAGISTRVM

Ioannem Latinum.



Hispana, o gentis fors felix gloria
saeculis,
Catholicaq; fide protector maxi-
mus armis.

Inclyte rex, audi, vates quid sup-
plicet ille,
Austriada qui gesta tui, memo-

rabile bellum,

Catholicosq; duces Christo ductore potentes,
Et cecinit Turcas, classem, victumq; Tyrannum,
Hispanosq; tuos victores, summe Philippe,
Romanos, Venetos diuino foedere iunctos,
Pontificis Quinti vitam sanctiq; pijsq;
Ex animo qui bella suo tunc mota ligauit,
Ille potestates Romanae sedis in armis
Coniunxit pelago, sub te vt pia signa sequentes
Irent in Mauros, & Christi nominis hostes:
Funderet vt Domino classis coniuncta Philippi,
Truncum Bassanem disiectas aequore naues,
Orando fecit supplex, manibusq; supinis

Iure quidè optimo.

Patris Caroli quin-
ti similis.

Charissimi fratris.

Beneuolentia, &
attentio.

Periphrasis.

Per Christum, qui
vicit.

Pius Quintus me-
moriam dignissimus.

In memoriam scri-
pta reuocantur.

Rege Catholico.

Deo honor & glo-
ria.

Orationis virtus.

Victoriam Quintus
oratione fuit conse-
quutus.

Auertit ventos is,
cui Maria obediit.
Princeps felicissi-
mus.

Gloriosum.
Romanæ sedis ad-
uersarij.

Hispanæ gentis glo-
ria.

Quod scripsisse pu-
tat sibi palmariam
poeta.

Nil dignius princi-
pe quam patrem re-
ferre.

Quia omnes catho-
lica religione vicit
Philippus.

Poetæ felicitas.

Classis catholica.

Prodigium.

AD CATHOLICVM PHILIP.

Iam pelagus Christo, spumosos marmore fluctus,
Fallaces undasq; Deo parere minaces
Qui vidit, validas nostris tunc addere vires.
Fernandumq; tuum, natum felicibus annis
Dixit venturum Martem per prælia tecum:
Catholicum referens Fernandum nomine regem,
Hereticos, Mauros terret, mundiq; Tyrannos.
Quiq; & auû Quintum Carolum monstrabit in orbe,
Hispanæ gentis mundo spes altera princeps,
In regnisq; tuis ingens ad magna futurus,
Scriptori est dictus similis pietatis imago.
Qui Christi nomen doceat Garamantas, & Indos,
Filius ipse tuus reddet per cuncta Philippum,
Teq; relaturum firmavit carmine vates
Iustitia, spe, lege, fide, charitate secunda:
Iuratum ut cernant Hispani in secula longa,
Romanæ Ecclesiæ defensor viuat in armis.
Optauit versu, quo non felicior alter,
Quem tua Maiestas extollit nomine clarum.
Romanos vincet, Græcosq; fauore Poetas,
Is, cui contingit dicendus in orbe Philippus.
Res viuas mundo sparsit, sæclisq; futuris,
Admiranda viris gestorum gloria dicta est:
Excelsos, qui auguste tibi, ductosq; triumphos
Fœlici scripsit musa, diaq; camæna:
Armatas acies, per fluctus ire phalanges,
Ventos in Turcas versos (mirabile dictu)
Miris tunc animis ponto pugnare cohortes,

Afflatum iuuenem, diuino numine fratrem
 Nomen Turcarum pelago, famamq; Tyranni
 Vt tempus dux ipse Dei, tam regia virtus,
 Austria quam peperit, felici nomine clarum
 Imperio, ut fulsit generosis patris in armis.
 Quæ tua maiestas voluit celebrare Latinum,
 Fecisti auspicijs mirum, nasci q; poetam
 Græcis, Romanis, nec visum regibus vnq;
 Quo Æthiopes cernant dicentem grandia regum,
 Scribere magni loquum pompas, tumulosq; Philippi,
 Hic tibi sorte datus, cui mira hæc cuncta feruntur:
 Cuiq; noua in terris transcriptio facta refulget,
 Non audita retro populis, nec gentibus ullis:
 Et ducibus memoranda, uiris, sæclisq; futuris:
 Auspicijsq; tuis reges sic patribus acti
 Rite parentabunt Hispana exempla sequuti,
 Funera ducta, vias, transcriptos ordine reges
 Regibus hæc summis retulisti more, Philippe,
 Catholico, ut cineres venerent nr, & ossa parentum,
 Surrectura sciant animis iungenda beatis,
 Per Christum, ut reges regnent, uiuantq; parentes,
 Catholici cineres, victura & corpora surgant,
 In cælis animas scimus regnare per æuum,
 In domino quas vera fides cesisse fideles
 Afferit, & cælo dignas regnare beatas:
 Vt uiuos memorat reges, clasesq; subactas,
 Versibus armisonis Hispanos tollit ad astra,
 Regia Catholicus narrat sic corpora regum

D. D. Ioannes ab Austria.

Adiutus cœlitus.
Periphrasis.

Natus imperio belli
Maiestas vnica.

Philippus poetã illu-
strem reddidit.

Quid gloriosius scri-
ptori.

Prodigiosa tempori-
bus Philippi uisa.

Quã nullus rex au-
sus.

Philippus dedit re-
gibus exẽplũ vniciũ.

Vt memores sint pa-
rentum reges.

Resurrectionẽ cor-
porum futuram.

Catholica.

Scriptis uiuorũ res
gestas, & mortuo-
rum pietatem Ca-
tholicam.

Quia Christus resur
rexit.

Erit, erit corporum
resurrectio ait diuus
Damascenus.

Et obscuratus est
sol.

Et petre scissæ sunt
Et terra mota est.

Lux orta est eis.

Descēdit ad inferos
Verè filius Dei erat
iste.

Resurrexit sicut di
xit

Eccæ duo viri stete
rūt circa illas in ve
stibus fulgurātibus

Christus resurrectio
& vita.

Surrectura suis Christi virtute sepulchris,
Mortua qua in mundo redierunt corpora quondam,
Reddita sunt animis, aridis tunc ossibus artus,
Qua sancta è tumulis abierunt corpora apertis,
Visaq; sunt multis sancta tunc viuere in urbe:
Dum fixus ligno pendebat morte redemptor,
Spiritus & viuus tunc patri est redditus ille,
Passum senserunt lapides, sol ipse refugit,
Lucentem tristi textitq; caligine vultum,
Terra excussa dedit gemitum, tonuere cauernæ,
Et mundi moles tremuit, sensere sepulti,
Inferni manes, animæ, trepidaq; phalanges,
Fugerunt lucem lustrantem tristia regna,
Inq; umbra mortis miseris habitantibus orta est,
Autorem verum nouit Plutonia sedes,
Atque mori vitæ Dominum (mirabile visum)
Credidit antiquitas hominum per docta salutem,
Tertia lux vidit iam surrexisse sepulchro,
Tandem lata suis oculis videre cohortes,
Custodes lapidem reuolutum pondere grandi,
Angelicos testes seruantes sacra sepulchri
Fulguris in morem radijs, & vestibus albos
Viuentis Domini referentes inde triumphum,
Defunctis vita qui est sanctis, gloria iustis.
Hæc te catholicum regem mouere Philippe
Defunctos reges venari, & condere sancte,
Viuere caelestes contendit carmine vates
Aggressus tumulosq; tuos, celsasq; columnas

In cœlum ductas erexit rite Latinus.
 Ut flagrans dixit pietatis amore parentum,
 Corpora digna loco regali more tulisti
 Ad templum mirum, condit quod regia virtus,
 Mens stupet ipsa ducum, regumq; & mundus in illo
 Miratur molem, structuram suspicit, artem,
 Artificumq; manus voluentum grandia saxa:
 Vulcanus sileat, qui Phœbi condidit arces,
 Qui lapides mouit Thebanos ore canendo,
 Et quæ Roma potens tunc fecit in orbe theatra,
 Inuictum Carolum patrem reuocare sepultum
 Curasti, Rex magne, tua virtute Philippe:
 Nomine ut Hereticos iterum terrere malignos
 Sic possit Carolus, Maurosq; fugare per orbem,
 Disiectos Aphros, Parthosq; fugacibus armis
 Pellere & exclusos terris, pontoq; superbos:
 Morte habeat comites Quintus, quos ante triumphos
 Gesserat, & domita gentes, Indusq; remotus,
 Cesaris & cineres victusq; exhorreat orbis.
 Bætica quo matrem, & fratres Garnata sepultos,
 Principis & corpus nostræ venerata remittat,
 In duperatricem matrem transferre potenter,
 In regnisq; tuæ genitrici iusta parari
 Iussisti, & populos Isâbel noscere nomen,
 Virtutes renouare pius regnantis in orbe,
 Catholicos mores, sermones, regia dicta:
 Quæ similis viuens regnis pietate mariti
 Vixit tunc Caroli, vitæq; simillima sanctæ,

Oratorie & poetice
dictum.

Templi prodigiosi
commédatio mira.

Contentio.

Nec à Mauris, nec
ab Hereticis nec à
Turcis victus, sed
omnium victor.

In morte etiam ve-
tor Carolus quin-
tus.

Nihil maius dici
potuit.

Philippi erga matrē
pietas.

Reginarum exem-
plum.

Quæ maxima sunt
bona Isâbel est con-
sequuta animi bona
Par marito Carolo
quinto.

Ille cū hostib⁹ Chri
sti, hæc cum animæ
inimicis tribus.

Ingens imperatricis
victoria.

Non obstitit regni
Maestas, quomi-
nus prudētis, & ope
rosæ mulieris offi-
cium faceret.

Hoc vidit inquisi-
tor Baldes, officij
sancti præses grauis
simus obseruauit.

Allusio ad illud
Pauli dictum eisdē
fere verbis.

Iugum enim meum
suauē est & onus
meum leuē.

Dum vident.

Vt Quintus victor Carolus pugnabat in hostes,
Isabel regina suos sic nacta feroces,
Inuisosq; magis diuinis terruit armis:

Quæ victrix hostem, mundum, carnemq; rebellem
Subiuga tunc missit Christi charitate secunda:

Admiranda suis patribus, cum matribus vna,

Exempla in terris pietatis nomine vna

Virginibusq; dedit, puram tunc viuere vitam,

Visa colo, & calathis operari dona Minervæ,

Feminea regina manu deducere filum,

Dum Carolus peregre victor pugnabat in armis,

Conclusas docuit sanctos celebrare recessus,

Perpetuo orare, & noctes sic tendere longas,

Et princeps coniunx veneranda ad cuncta Maria

Transcripta est tumulo, diuino carmine digna est.

Reddidit hæc tecum coniuncta ex ordine Christi

Sacramentum ingens nostræ pietatis amore,

Romanæ Ecclesiæ, Christiq; tenore reuincta,

Quæq; suauē iugum domini legemq; benignam

Amplexa his fatis concessit diua libenter.

Princeps nostra tibi sacra virtute iugata,

Catholiciq; duo fratres abiere, Philippe,

Cum matre, vt iuncti venturo iudice surgant,

Angelici infantes, Fernandus: & ille Ioannes

Simplicitate puer, tum mundo corde beatus,

Visurusq; Deum vita defunctus vterq; est,

Hispanæ & gentis Regina Ioanna Philippi:

Syllana è turri, quam duxit magna potestas,

Regnorum iussis parens exercitus ingens.
 Utq; & auos penitus diuisos sedibus ambos,
 Catholico & tumulo coniunxit corpora regum
 Coniugio quos sacra fides cōiunxerat ante,
 Garnata accepit venerandum corpus, & ossa,
 Seruatura duo conclusa in tempora, quando
 Viuos venturus Christus, tum lumine cassos
 Iudicet, his viuis iustam dabit ille coronam.
 Consiliumq; tuum fuerat, quod corpora iuncta
 Intrarent templum Laurentij, & tempore in uno
 Vndiq; concursus fieret, iunctaq; cohortes,
 Vnamq; ad sedem veherentur & ossa piorum.
 Ut Caroli patris iungantur & ossa sepultis,
 Vndiq; translati ut cineres sic regius irent
 Celsos ad tumulos, instructas are columnas,
 Auro compositas, tabulis, ostroq; superbas,
 Ordine quæq; suo coniuncta ad sacra venirent
 Corpora, Rex summus regali in sede locasti.
 Hinc genibus flexis orat, rex summe, Latinus,
 Rex homo catholicus sequeris per regia Christum,
 Qui cunctas recipit nullo discrimine gentis,
 Æthiopiq; latus monstrās ad apertile, fixus
 In cruce conuersis donat caelestia regna,
 Ipse typis iubeas excudi hac carmina veris,
 Quæ tibi sacra pio scriptores iure dicamus:
 Catholicis faueas protector versibus vnus,
 Cui pietatis honos cura & caelestia cordi:
 Cælorum regnum primus per quiris amicus,

Philippi pietas me-
 mirabilis & catho-
 lica.

Sacramento Roma-
 nae Ecclesiae.

Vbi Catholici sepul-
 chra tenent.

Viuorum, & mor-
 tuorum iudex.

Regis cautio ad di-
 ui Laurentij templū

Apparatus.

Regem hominē esse
 apud quem locus est
 misericordiae.

Catholicus catholi-
 co faueas operi.

Quæ pietas deletat.

Petitio iusta.

Dedicatio.

Primum quærite re-
gnum Dei.
Musæ Christianæ.

Terrarum Dominū
pone supercilium di-
xit Martialis.

Honos alit artes nō
deessent Hispanis
Marones, si fuissent
Mecenas.

Ab vtili argumen-
tum.

Reges catholicos lau-
det miles gloriosus.

Exempla regum po-
steritatem mouent.

Genus regum His-
paniæ catholicum.

Hæc in tumulis re-
gum læta sunt.

Expressit saluatoris
illud dignus est mer-
cenarius mercede
sua.

Et res Ecclesiæ rex fidus protegis armis.

Ad te confugimus scriptores iure Latini,

Catholicas serues Romano nomine musas,

Atq; Philippe, tuo viuant iam carmina sacra,

Terrarum Dominam contractam his exue frontem,

Vt surgant vates, qui vera, & digna canentis

Ad cælum dictis extollant, perficis idem,

Pontificem sanctum reges coluisse per orbem

Audiat utq; puer, iuuenis ludosq; regentes

Catholica & doceat Hispanos, carmina discant,

Inter pensa sua modulentur voce puella,

Agricola, fossor rigidus, fessusq; viator,

Catholicos reges cantet ferraria fornax,

Hos resonet cyclops conclusa follibus aura,

Mens fabri ardentis cantu solata laborem,

Et sutor repetat, dum tendit brachia, reges,

Turpia ne recitans opprobria rustica fundat:

Miles ouans victor non se commendet in armis,

Sed laudans cantet sanctorum funera regum,

Inter bella duces voluant monumenta tuorum,

Vivæq; per campos referantur corpora viuis

Ventura ad superos, animisq; resurgere iuncta:

Hispanumq; genus regnet per sæcula regum,

Et gens nostra legat sanctis Epigrammata verbis

Conscripta ut fuerant regina, & regibus apta:

Catholici ut reges tenuere inscripta sepulti

Corpora tunc tumulis: mercedem postulat ille,

Dignus namq; sua est vir mercenarius, idem

Seruitio regum solitus perferre labores:
 Noctes, atq; dies versus componere iussus:
 Rex manibus tangas excussos iure libellos,
 Garnata hos urbs ipsa petit, proceresq; regentes,
 Corpora qui regum portarunt sacra ministri,
 Atq; humeris pompa retulerunt ossa piorum.
 Quocunq; intrarunt cineres hac lege sequuti,
 Quam tuleras rex magne tuis, quæ iura dedisti,
 Obsequio implerunt fidi, tum regia iussa.
 Fecerunt equites, animisq; valentibus omnes.
 Describi digna, & memorari hæc grandia iustum est
 Funera, quæ Hæretici cognoscant facta per orbem,
 Qui in cineres homines resolutos viuere nolunt,
 Saduceæ cohors regesq; resurgere viuos,
 Angelicosq; choros Dominum laudare frequentes
 Credant, per Christum, vitam, qui reddidit ipsis,
 Atque sciant miseri in Christo regnare beatos
 Reges in cælis, meditados lege fuisse,
 Et Domini partes terris egisse regentes.
 Et qui purgarunt sua crimina facta per ignem,
 Romana Ecclesiæ, quam spiritus ille gubernat,
 Assiduis precibus, suffragijsq; inde piorum
 Iam puras animas, mundasq; tenere coronam,
 Et venia pænis releuatas sanguine Christi,
 Cernentesq; Deum vissuras corpora, quando
 Saluator iudex concedat præmia iustis
 Christus: tunc viui cineres, & corpora surgent,
 Atque arida ossa simul consurgent pelle reuincta.

Labore improbo.

Quid foelicius Latino.

Garnata flagitatio Magistratus, & optimates omnes, et regales ministri exoptarunt.

Omnes ad vñ Philippi mandati sunt exequuti.

Saduceorum error.

Reges fidem catholicam operibus comprobauerunt viua tenuisse.

Purgatorium tangit quia nihil immundum intrabit in celum.

Vnicuique secundum merita.

Quia Dominus surrexit.

Nihil certius esse credimus catholici.

Poeta catholicus.

Pontifices.

Omnes, principes & curiales.

Omnes probarunt.

Mirum nā nihil dixerunt concionātes

Episcopus & Archiepiscopus quod nō carminibus cōtineretur.

Omnia pie scripsit.

Perinde ac si ipsos cōtionantes audisset prius.

Epilogus.

Enumerat omnes.

Dux filioꝝ trāslatæ

Reges Catholicici.

Finalis causa.

Lux perpetua luceat eis.

Requiescāt in pace.

Amen.

Omnia catholico dixit sermone Latinus,
In tumulisq; dedit ponenda hæc carmina regum:

Quæ videre p̄i præses, proceresq; ducesq;
Iudicibusq; tuis patuerunt digna sepulchris.

Pontifices sancti donarunt iure corona,
Versus catholicos mirati & regia dicta:

Quæcunq; & numeris cecinit tunc clara poeta,
Pontifices sancti retulerunt ordine ad unum:

Vt credas ipsos docuisse, ut scripta Latinus
Diceret, & caneret afflatus numine vates.

Carminibus populo resonaret is ore rotundo,
Quæ tunc pontifices dixere ad pulpita docti.

Et tandem vati referuntur carmine grandi
Reges catholici, Carolus, materq; Philippi,

Induperatrix Isâbel clarissima nato,
Et princeps coniunx virtute excelsa Maria,

Fernandusq; puer cælo, mundusq; Ioannes,
Regina & Leonor, fratri coniuncta Maria,

In templis iuncta & regina Ioanna, Philippus,
Fernandusq; potens, Isâbel sacra per orbem,

Vt iuncti in terris, cælis regnare beati:

Creduntur, vere visuri & corpora viua,

Gloria sic Christo iunctis sine fine futura est.

FINIS.

IN

Granatenses Catholicæ Ma

trona, & deuotus sexus fœmineus regalibus corpori-
bustimētes trāsferēdis, iāiā profecturis bñ dicebāt, Chri-
stiano affectu mira de itinere, tū de ductore dādo, Ma-
trē Garnatā interrogabāt: quibus Garnata catholice,
& pie miro seruato decore respōsum dedit aptissimum:
Philippū quoq; gesta sua Christo accepta retulisse doce-
bat epitaphiū in tumulo tertio à Magistratu Granatēsi
in calle Illiberio erectum Augustē ad diuum Iacobum,
quod omnibus fuit gratissimum. Matrōnæ.



Q^{uæ} via corporibus dabitur Garnata regēdis?

Catholicis ductor quis pia mater erit?

Spiritus hæc sanctus deducet corpora regum

Qui sancte ciues mouit in vrbe meos.

Cœlesti hac aura ducti vixere beati

Catholici reges, dum pia iura dabant:

Spiritus & sanctus ductabit funera, cursus,

Vt possint templis intemerata dari:

Angelus & Domini comitabitur agmina pompe,

Quiq; vias planas mentibus esse iubet:

Implentur valles virtute, & nomine Christi,

Colles crux humiles regibus alma dabit.

Ductricem ferri misit charitate Philippus,

Regia quo Christus corpora faustus agat:

Numine quo afflatus veneratur & ossa Philippus,

Qui sancta autori scit referenda Deo:

Ciues.

Garnatæ pia, & ca-
tholica responsio.

Spiritu sancto du-
cti regnabant.

Qui omnia docet.

Allusio ad angelū
Raphaēlē qui dedu-
xit Tobiam.

Allusio, & elegans
periphrasis ad illud
omnis vallis imple-
bitur, & omnis col-
lis humiliabitur.

Spiritu sancto affla-
tus deo cūcta refert
accepta Philippus.

Regis officium ca-
tholicum.

Hanc crucem argē-
team sacello regio
dedit Philippus cor-
poribus regalibus
transferendis.

In templo diui Lau
rentij.

Qui placuit patri fi
lius dilectus.

Multum Regibus
debetur vix referen
dū.

Vel gentes parenta
bant sumptuose.

Philippus Cæsares
parentum superat
honore.

Mos seruandi cine
res.

Ad cælum vsque
erecta videbantur
Mausolea.

Et tandem peribāt
miseri.

Vel Philippus dig
nos regibus honores
nō reddet, nisi Deus.
Fecit quod potuit
Philippus.

Catholica: tēpla Ro
mane Ecclesie.

Christus cogitatio
nes nouerat.

Reddit causam.

Accipiet fœlix tandem, iungetq; sepulchris,
Æternam requiem Rex petet assiduus:

Quam Deus omnipotens miseratus funera, sacris
Per Christum dominum regibus ipse dedit.

Philippo inuictissimo Dei

gratia Hispaniarum regi honores regalibus corporibus
redditos deberi iustè, & catholicè, ciues Garnatenses re
ferunt, & Romanorum exemplo eorum habendam esse
rationem probant, quorum beatas animas à Deo opti
mo, maximo cælo donatas esse fideles crediderunt.



Vidquid in vrbe tua possint promittere
ciues,

Debetur generi sūme Philippe tuo:
Si memor officij Rōana potētia Cæsar

Corporibus patrum mira sepulchra
(dedit:

Ossaq; lecta cadis celsa tenuere columna,
At sorpsit mentes Tartarus in Barathrum.

Hoc Rex iure colis victura hæc corpora: Christus
Venturus requiem quis Deus ipse dabit.

Regibus Hispanis dignas persolvere grates
Non possunt reges, reddidit ecce Deus.

Corpora dignatus Romanis condere templis,
Viuas ast animas iunxit amore sibi:

Quas vixisse pie, iuste sobrieq; videbat,
Sectantes Christum per sua regna Deum.



niar

Car

retio

exti

nore

per

culi

ta)

filii

&

Ca

Catholicæ Ioannæ Hispaniarū Reginae, & filij inuictissimi, & catholici Caesaris Caroli Quinti (qui Euāgelicæ religionis protector, Hæreticæ prauitatis depulsor, iustitiæ, & veritatis cultor extitit maximus) corpus regale Catholico, & regio honore celebratum ab oppido Huiuste, à Garnata vero Imperatricis Catholicæ Isâbellæ (quæ Reginarum sui sæculi charitatis exemplar unicū, & religionis fuit habita) regia ossa Philippū Catholicum parentum duorum filium dignissimū ad diui Laurentij templum, Imperio, & potestate regia utrinq; transtulisse docebat epitaphium, & omnes ad eorum honores vehementer

exortabatur in tumulo extra urbem

è regione portæ Illiberiæ.

(3)



Et ora, quæ in terris duplex diuiserat urna,

Catholica hac iunxit Rex pius, hora, locus.

Induperatorum repetuntur iustapiorum

Coniugis, & Caroli corpora

iuncta duo.

Carolus ille fuit Castellæ ad regna sepultus,

Illibera Isâbel regia templa tegunt.

Honor catholicus catholicis corporibus redditur.

Par clarissimum.

Euangelicæ religionis protectores.

Illiberis Garnata.

Syllana è turri Regina Ioanna Philippi,
Garnata ad tumultum fertur & ipsa viri.

Inuida mors potuit iunctos disungere vita,

Coniunctos cælo quos tenet ipse Deus.

Mortua qui vita est rouocabit corpora Christus

Ad vitam: iure hos Rex veneratur auos.

Ossa hæc lecta patrum coniungit honore Philippus,

Et venerans digne religionem colit.

Quis non ore suos, animis quoq; corpore reges,

Catholicos celebret? qui coluere Deum?

Prima regalium corporum

Translatio. Qui principes, & Magistratus regalia cor-
pora ab regia spelunca in tumultum humeris extracta

in eodem tumulo collocarunt, vt Rex Catho-

licus iussit honore regio, & Ca-
tholico illic celebrari.

(55)



Acra, Casarea, & Catholica Maiestas
Philippi (qua pietate in parètes fuit) per
sonas mandato regio designauit, vt in re-
giam speluncam intrarent, atque inde cū
regia solennitate Imperatricis Catholica
Isabella matris suæ fœlicissima, & Catholica Principis
Maria cōiugis, & simplitiū Ferdinandi, & Ioannis
fratrum regalia corpora humeris educerent ordine.

Animas nō tangit
mors sed corpora.

Philippi pietas regi-
bus omnibus exem-
plum futura.

Ossa Catholica ve-
neranda.

- ¶ Ingressus est illustriss. D. D. Petrus à Deça regali in foro pates, qui catalogum à Rege missum manibus gerebat, Vt munus, & officium corporibus regalibus præstandum uni cuique verbis regis indiceret.
- ¶ Illustrissimus, & reuerendissimus D. D. Petrus Guerrero Archiepiscopus Granatensis.
- ¶ Excellentissimus D. D. Ferdinandus Enrriquez de Ribera Dux, vulgo de Alcala, cui corpora regalia transferenda Philippus commiserat.
- ¶ Illustrissimus. D. D. Franciscus Delgado Mentesia Episcopus, cui translatio, & sacra pompa celebranda inter vias vsque ad diui Laurentij templum ab eodem Rege commissa est.
- ¶ Illustrissimus D. D. Franciscus Blancus Malacensis Compostella designatus, qui contionaturus in regalibus exequijs, & rem diuinam facturus, Philippi mandato venerat.
- ¶ Illustrissimus D. D. Loysius Hurtado de Mendoça Comes de Tendilla, arcis Alhambrae custos, & reliquiarum sanctarum in sacello regio clauis tenens, & Garnatae Dux.
- ¶ Admodum illustris D. D. Licenciatus Didacus à çuniga auditor regius antiquior.
- ¶ Admodum illustris doctor Cogollos auditor regius.
- ¶ Admodum illustris Licenciatus Franciscus à Murga.
- ¶ Admodum illustris Arenalus à çuaço pro Philippo Garnatae prætor.

- 291
- ¶ Admodum illustris D. D. Loysius à Corduba aquilifer Granatensis.
- ¶ Et D. Franciscus de Parias regius Capellanus.
- ¶ Et D. Benedictus à Rios Capellanus regius.
- ¶ Custodes regij quos appellant de Espinosa.
- ¶ Ioannes à Carral, Antonius à Sarabia, Didacus ab Espinosa, Garcia del Herena, qui nunquam à quatuor columnis tumuli recedentes apertis capitibus astiterunt, ac per totam noctem alternatim peruigiles regalia corpora asseruarunt.
- ¶ Auditores etiã regij his accesserunt, qui humeris ad tumulũ regalia corpora portaret, et de nũero magistratus.
- ¶ Admodum illustris D. D. Loysius à Corduba Granatensis Aquilifer commendatarius diui Iacobi cruce insignitus.
- ¶ Illustris dominus D. Franciscus Zegri,
- ¶ Illustris Antonius à Peralta.
- ¶ Illustris D. D. Martinus à Loaysa cruce diui Iacobi insignitus.
- ¶ Illustris dominus D. Hieronymus à Motaluo Hispanensis executor maior diui Iacobi cruce insignitus.
- ¶ Illustris dominus D. Gabriel à Montaluo cruce diui Iacobi insignitus. Portabatur regalia corpora quatuor arcis, ligneis tribus, at Catholica Imperatricis plibea, regio ornatu à praside cõpositis, sed duæ, ubi duo principũ simplitia corpora uehebatur, albis vestibus erant induta, quæ cãdorem, & munda Deo corda a n

bedine sua significabāt. Hoc ordine regio sub stēma
tis Philippi ex summa regalis tumuli testudine pedē
tibus fuerūt deposita, atque inter orādum collocata.

¶ Ferdinandus Mendez publicus tabellio ingressus
qui cum pratore de translatione fidem fecit.

¶ Ingressus admodum illustris D. D. Alfonsus de Ro
jas regius Capellanus maior, regalia corpora per eū
dem tabellionem Duci, & Mentesia Episcopo tra
didit, & se deposito absoluit.

❧ Catholicæ Ioannæ Hi-

spaniarum Regina regalis corporis
pompa Regia.

❧ SECUNDA TRANSLATIO. ❧



Adē Sacra, Casarea, et Ca
tholica Maiestas Philippi
iussit, ut idem Præses, Dux,
Archiepiscopus Granatensis,
Mentesia Episcopus, Mala
censis Episcopus Compostella
designatus, Comes de Tendi
lla, & omnes alij, qui primæ

translationi regalium corporum interfuerant, in regia
translatione Catholica Ioannæ Hispaniarum Regi
na præsentēs essent ad vnum, & eadem solennitate

per prætorem, & tabellionem publicum Capellano ma-
iori, & regijs Capellanis corpus regale sepulturæ man-
datum traderetur.

¶ Tunc admodum illustris dominus D. Bernardinus
Manrique, & omnes illustres dignitates, & illu-
stres domini Canonici cum omni sancta Ecclesia
pompa, ut moris est exequias, & vigiliis sacras cele-
brarunt: pontifices cum capellanis regijs, & Magi-
stratus præsentis, regia solennitate per prætorem
& tabellionem facta, iuxta Catholicum Philip-
pum in eadem regia corporum regalium spelunca, præ-
grandi tumba cum corona regali super imposita, can-
toribus innumeris responsa, & requiem aeternam
& lucem perpetuam à Deo donandam canentibus
Catholice collocarunt.

✚ Facte, & transacte bis Rega-
lis translationis Garnatæ summa per brevis: per
eundem Magistrum Ioannem Lati-
num Garnatensis adole-
scentiæ modera-
torem.



**IN TRANSCRIP-
TIONE CORPORVM RE-**

*Reges Hispanie co-
lumen Catholici.*


*galium Epigrammata per magistrum Ioã
nem Latinum Garnatæ Adolefcen-
tia moderatorem.*



**REGALIS TVMVLI TITV-
lus circumductus.**

**IMPERATRICI
ISABELLÆ CATHOLICI IM-
PERATORIS CÆSARIS CARO-
LI QVINTI VXORI CATHOLI-
CÆ: PHILIPPI INVICTISSIMI
MATRIFÆLICISSIMÆ: PRIN-
CIPi MARIE PHILIPPI DEI
GRATIA HISPANIARVM.
REGIS CATHOLICI, VRSITANIÆ
SPLENDORI, ET GLORIÆ:
DVOBVS FERDINANDO, ET
IOANNI PARVVLIS, PHILIP-
PI FRATRIBVS MVNDO COR-
DE DEVM VIDENTIBVS.**

C

 In fronte tumuli Epita-

phium reges victuros assererat, quorum
 corpora regalia iure optimo, regio, &
 catholico honore venarari oportere
 significabat, pro quibus san-
 ctæ & catholicæ Roma-
 na mater orat Ec-
 clesia.

35

Fides Christiana,
 quæ veritate Chri-
 sto nritur.

Idem numero con-
 surgent.

Credo quod redem-
 ptor meus viuit di-
 xit exemplar pati-
 tiæ Iob.

Ratio propter quã,
 Enumeratio.

Gemini fratres Phi-
 lippi.

Christiana fides tu-
 tissima.

Vident Deum bea-
 ti facie ad faciem.

Fœlicia, & vera
 gaudia.

Conclusio.

A viuentibus ho-
 nor regibus vel mor-
 tuis debetur, nam in
 Domino viuunt.

Oratio Ecclesiæ Ro-
 manæ, & catholicæ



lui in carne sua reges consurgere di-
 bent,

Idem, non alij, quod docet alma fide
 Osibus his proprijs surgent, & pell-
 uincti,

Corpora; intrabit regia viua cohors,
 Carolus, Isâbel, iunctiq; Ioanna, Philippus

Princeps nostra simul, paruaq; turba duo.

Gaudentes, Dominum comitati in luce videbunt,

Namq; redemptorem viuere crediderant.

Fœlices anima gaudent, cæloq; locata

Iam cernunt Christum, quem pepererunt sibi.

Quare hæc ossa pio iungenda, & carmine sacro,

Tollenda in cælum laudibus in numeris,

Quodq; decus terras reges meruere regentes,

Corporibus reddit nunc pia nostra fides,

Orat lege Deum Romana Ecclesia sacra,

Regibus æternam donet ut his requiem.

Ferdinando & Ioanni Philippi

Fratribus mundo corde Deum videntibus Epigramma.



Ad pedes regum beatos mūdo

corde principes Deum videre docebat

*Epitaphium Lectoribus
gratissimum.*

(335)



*Implicitas Domino grata est mēs
sana, voluntas,
Cor mundum nunq̄ despicias ipse
Deus.*

*In terris Christus paruos per saepe
vocabat,*

*Cæleste his regnum dixerat esse
datum.*

Hac Caroli nati quamuis clauduntur in vrna,

Inspiciunt animi simplicitate Deum.

Nam gemini fratres cælesti in sede Philippi,

Regales fulgent sydera clara polis.

Fernandus maior regnat, paruusq̄; Ioannes,

Corpora iungenda expectat uterq̄; Deo.

Infantes mundos, Christus quia munda videbat

Corda super terram, cœpit ab orbe sibi.

*Infantes simplices
sicut columbe, cor
mundū suspicit Do
minus Apostrophe.
Orandum est, vt sit
mens sana in corpo
re sano.*

*Allusio ad illud si
nite paruulos veni
re ad me.*

*Vt gemini in cælo
fulgent.*

*Nisi efficiamini si
cut paruulus hic, nō
intrabitis in regnū
cælorum.*

*Beati mundo corde,
quoniā ipsi Deū vi
debunt.*

Imperatrici Catholicae Epigramma.

Ad sinistram tumuli partem mortem per
 primum de terra parentem, vitam vero per
 Christum de caelo caelestem patrem mi-
 sericordia, reges vitam cosecuturos,

Et agiles surrecturos, ratio-
 nem optimam Epita-
 phium canebat.

Christus primus re-
 gnū caelorum docuit
 querendum.

Primum regnū caelo-
 rū quaesierunt Ca-
 tholici.

Quid Deus loquere
 tur ad reges audie-
 bant, ut officium fa-
 cerent.

Beatorum corpora cum
 animis regnabunt.

Iure optimo Philip-
 pus corpora coniungit.

Corporum ad propria
 sepulchra translatio.

Vox Christi venite
 benedicti patris mei.

Caelum, et terra trans-
 ibunt, verba autem
 mea non.

Sapit Philippus ca-
 tholicè.



N caelis sedes quarebant numine docti

Primum catholici, qui tenere fide.

Caelesti hinc reges regnantes ordine re-
 gnū

Caelorum regnis praeposuerunt suis.

In terris Christum regem tunc mente videbant,

Vt regere imperio sobria regna daret.

Hinc animi regnant, regnabunt ossa, Philippus

Regia corporibus iure sepulchra parat.

In duperatricis matris, tum coniugis ossa

Ad tumulum patris colligit: et cineres.

Carnata cedit coniuxque Ioanna Philippo,

Syllana est turri quam Lybitina feret.

Accipient vocem, benedicti à patre venite,

Accipite, en, iuncti regna parata pijs.

Vivus sermo Dei est, haec Christus dixit in orbe,

Sic docet alma fides, iusta Philippe facis.

Imperatrici Catholicæ Epigrā-

ma. Ad sinistram tumuli partem mortem per
primum de terra parentem, vitam vero per

Christum de cælo cælestem patrem mi-
sericordia, reges vitam cōsecuturos,

Et agiles surrecturos, ratio-
ne optima Epita-
phium canebat.

(35)



S cessit morti, vitæ qui iura re-
soluit,

Qui Domini legem soluere sic
voluit.

Hinc documenta damus terreni
heu morte parentis,

Cælestis vitæ reddimus indicia,

Corpora non animæ tellure ex matre resurgent,

Regum tunc animæ cælitus aduenient.

Indicijꝫ die, cum Christi iusta voluntas

Fiat, catholicis gloria tunc dabitur.

Carolus, Isâbel, iunctiꝫ, Maria Philippi

Consurgent agiles (vita iugata Deo est)

Ergo hæc ossa simul tumulantur iure piorum

Regum, quos cæli iusta corona manet.

Catholici ad vitam venient, Et sanguine Christi

Accipient sedes iudicis ore datas.

Argumentū epigrā-
matis, cui initium est
in cælis, hoc leges.

Ad dexterā partē
tumuli reges regnū
cælōrū Christi ver-
bis primū quæsisse,
Philippum iuste Et
catholicè corpora re-
galia honore fuisse
prosecutum mōstra-
bat Epitaphium.

Adā primus de ter-
ra terrenus.

Christus secundus ho-
mo de cælo cælestis.

Et documenta da-
mus quasimus origi-
ne nati.

Carnis resurrectio.

Corporum, non ani-
marum resurrectio
dicitur.

Christi iudicis volū-
tas.

Corporum agilitas.

Iunctus coniugio se-
pulchra iuncta mi-
rè dantur.

In domo patris mei
mansiones multe
sunt. Verba Chri-
sti.

Regibus Catholicis Epigrá

ma. Regibus catholicis non posse res gestas referri acceptas, in regno Garnatæ Hispanis multa cum ciuium lætitia corpora celebranda, quorum animas in cælis gaudere catholici credimus, docebat Epitaphiū in columna tumuli dextera.

(53)

Ferdinād° et Ysabel secundum deum reges catholici regnū Garnatæ catholicis reddiderunt.

Quando par pari referre non possunt pro viribus parētāt, Maurorum, & Hereticorum, Iudæorūq; ex actores catholici fuerunt.

Templa sanctorum erexerunt, & xenodochia.

Ciues beneficij memores accepti regalia colunt corpora. Cum lætitia facta parentatio Catholicis.

Seruitiū ex animo factum.

Gaudium in cælis de vno peccatore conuerso nedum.



Ratia nulla potest regi vel morte rependi,

Sanguine qui regnum reddidit ipse suis.

Acceptum referent Hispani his regibus vnum,

Catolica in populis quod viget alma fides.

Quis referet Mauros? exclusa & dogmata sectæ,

Vrbibus Hereticos? regna redacta Deo?

Templaq; sanctorum regali more per urbem?

Hospitia infirmis? pauperibusq; domos?

Hinc alacres ciues celebrarunt regibus ossa,

Iustitia memores quam coluere p̄j.

Si celebrant animas conuersas gaudia cæli,

Latitia hos reges concelebrare licet.

Philippo Catholico Epigrā

ma de templo regibus parato, ubi ciues Granatenses interrogant, quibus Arevalus à Zuzo admodum illustris prator exactā rationem reddidit.

IN COLUMNAM TUMULI SINISTRA.

Mag.

Corpora quo regum remouentur & ossa piorū?
 Quis locus ad cineres aptus in orbe datur?
 Quae structura valēs venerādos claudere reges?

Quae capient urnae? quae monumenta colent?

Regis opus templum nostis, quod gentibus unum,
 Prodigium mundi Sol videt, astra tegunt. Prator.

Ingens, Augustum, latis sublime columnis,
 Res non visa viris, nec memoranda mihi.

Artibus excissum, quas non Vulcanus amārat,
 Regia cum Solis claruit orbe domus.

Non aurum, non sceptrā, duces, non arma, Philippe,
 Artificesq; tuos nouerat ignipotens.

Diui Laurentij dictum de nomine regi,
 Orat ubi, & sacram rem facit asiduus.

Corpora digna loco coniungit, & ossa Philippus,
 Nec mens expleri regis honore potest.

Illic & tumulis, illic decorata sepulchris

Claudit Maiestas officiosa Deo. Mag.

Omnia iusta facis, sequimur te, Auguste Philippe,
 Tu sequeris Christum, quem colit alma fides.

C iij

Nō alius quam res
 qui potest etiam al
 re exercitum.

Non nisi Roman
 Ecclesiae tēpla, ub
 corpora regalia coi
 duntur.

Allusio ad illud H
 ratij in arte poetica
 Non auribus audi
 tum, nec oculis vi
 sum, ingenium supe
 rans Opus.


Regia solis erat.
 Hyperbole.

Philippus potentiss
 mos quondā Rege
 superat.

Laurentio dicatur
 sancto, Philippi re
 ligiosus secessus.

Omnia minora quā
 pro Regum meriti
 Philippo videtur, tū

tus amor pietatis est
 in reges catholicos
 Gradatio elegans,
 Dux vitae nostrae
 Christus.


Catholicis regibus, Epigrā-

ma. Omnia Christianis sancta Christum Deū
sanctum dedisse, & regnum cælorum vim
pati, reges se ipsos vicisse Catholicos,
Philippum fecisse sancte doce-
bat Epitaphium in colum-
na tumuli sinistra.

(3)

Sanctā matrē Ec-
clesiam spiritus san-
ctus regit, quæ san-
ctos parit in Chri-
sto filios.

Se ipsum vincere om-
nium victoriarū
prima.

Operati sunt iusti-
tiadum se vincebāt.
Cælorū regnū vim
patitur, violenti ra-
piunt.

Reginæ in se violētē
Regressio elegans.

Ratio.
Vel ossa, & cineres
pios mouent Reges
ad honores.

Corpora animis iun-
gēda in vitā æternā
Tūc facie ad faciē.
Philippus rex catho-
licus verē theolo-
gus viuit.



Acros sancta docet Romana Ecclesia
reges,

Quæ sancta est mater, sanctus &
ipse Deus.

Sanctæ sunt leges, Christus sancte omnia fecit,

Pontifices sanctos, sanctaq; templa dedit,

Sanctē vixerunt reges, cæloq; potiti,

Regnaq; vicerunt, se, sua iura Deo.

Vimq; sui, matres reginæ in vota tulerunt,

Victrices, victæ regna beata colunt.

Vincere qua poterant animos, victoria prima est:

Palnam vincentes se, tenuere suam.

Isâbel natum, vicitq; Ioanna nepotem,

Hos rex incendit victus amore rogos.

Hoc arida ossa pio vicerunt iure Philippum,

Corpora qui ambarum viua futura sciat.

Et regnare animas, facie ad faciēq; videre

Scit Christum, in terris quem coluere, fide.

Imperatrici Caroli,

Principi Philippi coniugi, Ferdi-
nando, & Ioanni mundo cor-
de Deum videntibus.

(33)

EPITAPHIVM AD PE- des tumuli in columna dextera.



Arnata Isábel genitrix veneranda
Philippi,
Quæ Augusti Caroli coniugis una
fuit:

Princeps & soceros comitatur funere
reges,

Catholicis pariter iuncta Maria venit.

Regales pueri, radianti in sede Ioannes.

Fernandusq; duo sydera facta Deo,

Ossaq; iungendis remouentur sacra sepulchris,

Regibus Illiberis seruit amica suis.

Vt iuncti è terris surgant, viuantiq; coceni,

Falices videant sic sine fine Deum.

Iusta hæc causa grauem mouit pietate Philippum,

Vt patris, matris, coniugis ossa colat.

Enumeratio rega-
lium corporum.

Philippi inuictissi-
mi coniux.

Fratres Philippi.

Modus quo pacto.
Garnata.

Causa propter quã.
Vera felicitas.

Omnia Philippus
catholico facit con-
silio ductus.

Viator interrogat, Genius bonus respondet.

❧ REGI, CUI OMNIA VIVUNT
Reges catholicos viuere docet Epitaphium.

Viator.

Christiana & ca-
tholica.

Genius bonus.

Christiana pietas.

Genius, Bonus

Elegans periphrasis
A dño suspensas ha-
bebant rationes.

Vera vita.

Regis catholici offi-
cium.

Viuorum & mor-
tuorum.

Epilogus.

Apostrophe.

Requiem eternam
donz eis dñe viator.
Spes Catholica.

Catholicos spes cer-
ta, vera fides, chari-
tas cñ deo cōiungit.
Idem numero.



ossa

Elligio in terris veneratur corpora ritē
Qua in cælis a nimas credidit esse
pie.

Regum catholicūm: reginæ & principū

Succedunt tumulis relligione suis?

Viuunt qui in Domino fatis cessere beati,

Omnia cui viuunt, viuere ne dubites.

Dic, age, qui reges? qua nomina? regna virorum?

Reginasq; refer, qua pia vita fuit?

Carolus, Isàbel, coniuxq; Ioanna Philippi,

Ad soceros princeps sacra Maria datur.

Catholicam vitam vixerunt, cœlitus omnes

Pendebant, populos hac docuere suos.

Regia gesta tenes, sapiens orare memento,

His requiem dia det pietate Deus,

Vuute fœlices animæ, requiescite & ossa,

Vos Crhistus iudex gloria vestra manet.

Ibitis in cœlum vestiti pellibus, idem,

Quos spes, & charitas rexit, & alma fides.

Catholicis regibus Epigrāma.

*catholicum. Christum dominum nostrum post
mortem viuum reges catholicos post mortē
etiam victuros ostendere, Epitaphium
affirmabat, ad sinistrae columnae
partem interiorem.*

(̄̄)



*Pes hominum vita Dominus,
quos morte redemit,
Viuere post mortem visus in
orbe facit.*

*Corpora post cineres, regum si-
mul ossa resurgent,
Surrexit Christus primus in*

orbe Deus.

Inferni portas idem virtute refregit,

Christus reclusit limina clausa poli.

Vt qui descendit, ascendit viuus, & ipse

Captos catholicos captus amore tulit.

Tunc sic venturus defunctos nomine reges,

Et viuos caelo rursus ab orbe feret.

Nam Christus iudex veniet, cui sola potestas

In caelo & terris est data iure Deo.

*Christus Dominus.
Resurrectionis pri-
mitiae.*

*Argumentum epi-
grammatis Thema ge-
nerale.*

*Verus homo verus
Deus Christus.*

*Attollite portas pra-
cipes vestras.*

Allusio.

*Qui descendit, idem
est qui ascendit,*

Mira charitas.

Allusio.

*Captiuam duxit ca-
piuitatem.*

*Ad terram, quae vi-
uentium est, ubi vera
bona.*

Potestas Christi.

Imperatrici Catholicæ Epi.

Non casu Philippum Catholicum regalia
 corpora transtulisse, atque reges viuere pro
 babat Epitaphium ad columnam
 inferiorem dextrorsum.

(55)

Fides catholica Chri
 stianos gubernat.
 Iure optimo Philip
 pus reges catholicos
 honore prosequitur,
 vt par est.



Vnera bis regum sacra ratione
 mouentur,
 Non casus animos, sed regu
 vna fides,
 Catholicosq; sua decorat charita
 te Philippus,
 Quorū corporibus digna se

pulchra parat.

Non casu, sed Dei
 nutu.

A simili.

Allusio.

Regi cui oīa viuūt.

Finalis causa.

Elegans regressio.

A Philippo coniun

cta corpora regalia.

Venire benedicti ite

maledicti vox Chri

sti futura.

Non fortuna pia hac deuoluit copora, reges

Viuos coniungit cælitus ipse Deus.

Carolus vt viuūt, genitor viuūtq; Philippus,

Isábel viua est, viua Ioanna manet

Et Princeps viuūt, fuerat quæ iuncta Philippo,

Ad templum fertur sacra Maria viri.

Ossa pie vt regum, coniunctaq; corpora viuūm

Iudicis expectent rege marita diem.

Hos Christus reges capiet cæloq; locabit

Voce bonos, Orco mittet & ore malos,

Catholicis regibus Epigramma.

Reges catholicos servasse Dei mandata ad vitam ingressos Philippum non leuibus causis com motum corpora honore pio transtulisse indicabat e regione Epitaphium in columna

sinistra.



Catholicis vitam, Christūq; videre volentes
 Seruarunt Domini iussa tenenda sui.
 Defuncti in Domino reges regnare beati
 Creduntur: dixit nam veneranda fides,

Reddita vox caelo firmat, quam credimus omnes,
 Catholicos Domino viuere quis dubitet?
 Mandatis morem Christo gessere regentes,
 Hinc vinctis caelo gloria iuncta datur,
 Corpora iuncta Deo consurgent iudice Christo,
 Qui dedit his requiem regibus omnipotens.
 Non temere in terris coniungit & ossa Philippus,
 Et cineres patrios colligit ad tumulos.
 Catholica ut regum veneretur mente sacerdos
 Corpora, quae expectat Christus ab orbe sibi,
 Nam pro defunctis Romana Ecclesia mater
 Pro vniqsq; preces fundit amica Deo.

Christimemoria mā data Dei facere per suadet.
 Praesentes, absentes viuabant.
 Regum conuersatio in caelis erat.
 Audiui vocē de caelo dicentē mihi scribe, beati mortui qui in dño moriuntur, opera enim illorum sequuntur illos.
 Qui veniet ad iudiciū viuorū, & mortuorū.
 Christus qui dabit requiem.
 Omnia iure optimo facit Philippus.
 Romana Ecclesia sponsa Christi a deo exauditur, quae non solum pro Christianis, sed etiam pro catholicis, paganis, hereticis, & Iudeis orat clementissima.

Catholicis regibus Epigrāma.

Mirabilem dominum in seruis suis esse, Philippum hoc
 suppremo regalium corporum honore alios
 reges ad pietatem incendere suadebat
 Epitaphium, quod lectoribus
 arrissit in tumulo alta-
 re versus.

Propter Christū Ca-
 tholica corpora Chri-
 stianē coluntur.

Causa propter quā.
 Delusa gentilitas
 fuit.

Corruptibile induet
 in corruptionem.

Anima non de po-
 tentia materie quia

intellectus de foris
 est ait Philosophus.

Diuinam volunta-
 tem fecerunt pro vi-
 ribus.

Translationis ratio
 redditur.

Philippus ad paren-
 tandam exemplum

dedit, quia Reges
 aliis religionis exem-
 plum fuerunt Ca-

tholici.



Eruorum Christi veneratur corpora
 regum,

In seruis Dominum suspicit alma
 fides.

Serruierantq; Deo reges, pietate Phi-
 lippus

Ossa hęc, vel cineres, relliquiasq; colit.

De lusas animas gentes coluere superbe,

Corpora q; indigne nam caricura Deo.

Corpora consurgent: animas nam viuere scimus:

Hinc honor a populis ossibus iste datur.

Catholica Isābel surget, surgetq; Maria,

Iudicis ad votum vita per acta quibus.

More quidem sacro iungenda hęc regibus ossa,

Regibus exemplum iure futura pijs.

Vt cum catholici memorentur iusta Philippi,

Reges incendat funeris hęc pietas.

CAROLO INVICTISSIMO,
Catholicę imperatrici Epigrā.

Imperatorum par Augustam eisdem artibus
egisse vitam probat Catholicę.



Militia est hominum, durat dum
vita, per orbem,

Nō visos hostes, quiq; viden-
tur habet:

Inuisę apparent facies, vultusq;
duorum,

Non est visibilis tertius in te-

nebris.

Vicit & hunc hostem, mundum, carnemq; rebellem

Isábel: Carolus dum fera bella gerit.

Vxor res gestas, Augustos esse triumphos

Crediderat, vita, lege placere Deo.

Hæreticos fulmen terrenis, Maurosq; maritus

Spargebat Christi nomen in orbe sui.

Ambo catholici, cultores virginis ambo,

Et seruire Deo religionē pares.

Romanę sedis custodes ense parati,

Iuraq; pontificis præposuere suis.

Ambo corporibus placuerunt, ordine mentis,

Coniugio casti, moribus, ore, fide,

Ossa pię, & sanctę coniugit casta Philippus,

Exempla vt reges casta videre queant.

Reges ad Christum regnis documenta dederunt,

Catholiciq; duces hæc docuere suos.

Militia est vita ho-
minis super terram
sententia Iob.

Hostes visibiles, et
inuisibiles habemus

Diabolus inuisibilis
Colluctatio mirā.

Animę inimici.

Plusquā Horatios,
vel Curiacios supe-
rassē.

Verus triumphus
In Christo de tribus
triūphauit hostibus
Allusio elegans.

Virginem matrē mi-
ro amore prosequuti
Pontificę summum
defendentes armis.

Castam coniugium
sermo, mores, fides
custodiunt.

Qui docuerit sic ho-
mines, magnus vo-
cabitur in regno
cælorum.

Ferdinando, & Ioanni Caroli

Philippi fratribus mundo corde Deum vi-
dentibus Epigramma.

Ad vnicū saluato-
ris exēplum forman-
di sumus.

Nisi officiamini si-
cut paruulus hic, nō
intrabitis in regnū
caelorum.

In baptisate fidē
tenuerunt.

Tyrocinij die Chri-
sto consepulti in sa-
cramenti verba iu-
rarunt in Ecclesia
catholica.

Argumē. si vivi si-
cut paruuliferi iubē-
tur, quanto facilius
parui pueri in regnū
intrabunt caelorum
De numero eorum,
qui cum mulieribus
nō sunt conquinati
Agnū, secuti, quo-
cunque ierit.

Virgines fuerunt.

Rapti sunt, ne mali-
tia mutaret intelle-
ctum.

Tēpora, & momen-
ta in Dei potestate.

¶ Humilitatem, & mansuetudinem Deo esse
gratissimam, qui mitis est
humilis corde docet
Epitaphium.

(35)



Christus discipulis exemplum reddi-
alum

Vel minima tactis ambitione su-
Nam vir quisq; puer, iussit praecepto
ut, esset.

Si vellet caeli regna tenere Dei.

Angelici infantes, Fernandus, & ille Ioannes
Viuent, Catholicam qui tenuere fidem.

Vera fides pueros monstrat regnare beatos,
Quae paruos fieri perdocet alma viros.

Caelestesq; choros fratres auxere Philippi,
Sectantes agnum virginitate sua,

Defunctis mundus mentem mutare nequiuit,
Vita quibus Christi sanguine tincta manet.

Immatura Deo fratrum non Parca duorum est,
Nonit enim uita tempora iusta Deus.

Ferdinādo, & Ioanni Catho

*licis in cælo regnantibus, Epigramma Catholico-
rum filios parentibus respondere, & mori-
bus, & vita docet.*

(33)



*Vnt gemini in cælo fratres, qui
sidera nautis
Fulgent, quæis visis vnda re-
cumbit aquis.
Regnat Fernandus, regnat si-
mul ille Ioannes,
Regnantes cælo spectat vter*

q; Deum.

*Iusti fulgebunt, vt Sol, quia corpora munda,
Christo & gratia sua virginitate placent.
Iupiter ille duos posuisse à vertice Olympi
Mentitus mundo (fabula nota tibi)
Aurum Dîj gentum, pedibus nec pergere possunt,
Cernere non oculis. tangerè nec manibus.
Quis credet natos Ledæ fulgère perundas?
Astrâq; cælicolis numine dicta Iouis?
Ast Deus omnipotens noster, qui regnat in altis,
Hos humiles pueros viderat esse suos.
Catholici infantes ambos genuere parentes,
Catholica & pietas hos facit esse Deos.
Participes regni cælestis sanguine Christus
Fecerat, isq; Deum posse videre dedit.*

*Allusio elegans ad
illud Horatij de Ca-
store, & Poluce, si-
mul alba nautis stel-
la recumbit, conci-
dunt venti, fugiunt
que nubes.*

*Similitudo ingenio
sæ. Filij regum iam
regnant.*

*Virginitas deo grata
Pedes habent, & nō
ambulabūt. Frustra
potentia, que nō re-
ducitur ad actum.*

*Filiorū Ledæ fabu-
la notissima.*

Castor, & Polux.

Allusio.

*Nulla fides habēda
fabulis, & Dijs gen-
tium Dæmonibus.*

Parentum similes.

*Fides catholica ve-
ra pietas.*

*Ego dixi, Dîj estis.
Participatione.*

Ad Excelentissimum, & in-
uictissimū. D. D. Gonsalum Ferdinandum à Cordu-
ba Sueffæ ducem catholicæ Maiestatis Philippi à
consilijs, & status regni.

ELEGANS DESCRI-
ptio rerum tum Garnata expostu-
latio de regalium corporum
translatione hac elegia
continetur.

(53)

In expugnatione
Aphricæ per Ioan-
nē de Vega, & An-
dream ab Horia.
Corpora ducū ad ve-
sta sunt.



Esperia antiqua qui Hispanas
vexit ad arces,
Et corpus patris, matris &
ossa suæ.
Et patris cineres vëtoſa per æquo-
ra vectos
Gonsalui magni iungeret tu-
tumulo.

Quia rex pius Phi-
lippus parentes tran-
ſtulit.

Rex Philippus du-
cem ſueſſæ nobilita-
uit.

Dies natiuitatis dñi
noſtri regalium cor-
porū translationi à
Philippo religioſè
dictus eſt.

Audiat ipſe nepos memoranda & iuſta Philippi,
Gaudeat armipotens dux pietate ſua.

Comprobat iſta tibi ſiquidem pia geſta Philippus,
Regales tumulos accipe quos canimus.

Dux pietate grauis Chriſti documenta ſequutus
Exemplo hoc ſimilis regis eſt ipſe tui.

Virgineum partum Romana Eccleā mater
Cum celebrat, nobis orta iucunda dies:

Septaginta addas quincennis mille peractis,
 Tres iunges annos, si numerare velis
 Tunc aderat tempus, cum tolli corpora regum
 Debuerant iussu, summe Philippe, tuo.
 Transcribi voluit fratrum, tunc ossa parentis,
 Principis & cineres coniugis inde sua.
 Garnata in templo multos seruauerat annos
 Deposita hac regum corpora catholicum.
 Tempore non alio iussit rex corpora ferri,
 Quam quo vita fuit reddita nostra Deo.
 Verus homo, atque Deus visus mortabilis idem,
 Qui portis clausis vidit & ipse suos.
 Ecce ego sum, dixit iunctis, nolite timere,
 Integra membra gero, corpus, & ossa viri.
 Ut tunc surrexit post mortem Christus, & ossa
 Sic regum, & cineres viuere posse notes.
 Hac spes vera fuit, hac est victoria Christi,
 Qui mortem vicit filius ipse Dei.
 Surrexit Dominus vere, visusq; per orbem,
 Virtute hac Christi surgere & ossa valent.
 Quo pacto id fecit regis iam concipe mentem,
 Augustamq; piam, quam memorare velis,
 Misit legatos quocunq; & corpora regum
 Deposita in tumulis nouerat esse suis.
 Pontifices venere pij, regisq; ministri,
 Atque, Duces, Comites, Regulus vnus adest.
 Et proceres veniunt multi, quos duxerat ille,
 Grandibus inpensis regia ducta manus,

1573.

Die vigesimo octa-
uo mensis Decēbris.

Regalium corporū
annumeratio.

Philippi mens con-
sentanea, & catho-
lica.

Venit Iesus.
Erant pariter in eo
dem loco.
Spiritus carnem, &
ossa non habet.
Mira regis sapientia,
quotendat, vide

Et apparuit Simoni.

Exibit ex eo virtus
& sanabat omnes.
Malacensis iā, Cō-
postele designatus
reuerēdisimus Blā-
co.

Mentesiantis reue-
rendissimus Delga-
do, Regulus Dux de
Alcala.

Depositum fecit ad
modū illustris Mur
ga prætor regius.

Ferdinandus Men-
dez tabulas scripsit
d. d. Illustris. Loisi^o
Hurtado à Mendo
ga comes de Tendi-
lla pro Philippo ar-
cis Alhambra præ-
fectus et Dux Gar-
natæ inuictissimus.
Mira gesta Philippi
Iuuat ire, & vide-
re inaudita.

Iudices regis incor-
ruptissim.
Illustrissimus Deça
præses.

Arcualus à Zuaço
Prætor admodum
illustris.

Præ grauitate, &
regali autoritate.

Ad dextram forū
regale, ad sinistram
veromagistratus vr-
bis incedebat.

Dux de Alcala.
Crux per quam re-
dēpti sumus precio-
sa præibat.

Aduēta sunt Vi-
cissim à sacello re-
gio regalia corpora
proceribus, & opti-
matibus.

CATHOLICIS REGIBVS

Expectata dies aderat, funusq; paratum,

Regali in templo regia & ossa suo.

Corpora deduxit præses, dux ipse sepulchris,

Cum prætore, fuit res celebrata pie.

Et tabula scriptæ regali lege, minister

Corpora traddebat regia danda duci:

Tunc humerisq; Comesq; forum, proceresq; ferentes

In medio tumuli deposuere loco.

Postquam sacra canens dixit responsa sacerdos,

Reddita pro cunctis hostia viua Deo est.

Pergebat funus: æquæ antur & undiq; ciues,

It populusq; frequens inscia turba loci.

Matres, atque viri, pueri, castaq; puella,

Mirantur cuncti regia quæq; geri.

Nun ï visa suis oculis, nec missa per aures,

Suspiciuntq; ducem, pontificesq; graues.

Extollunt pompas, gratantur iure Philippo,

Catholicos reges qui pietate colat.

Dumq; ea per calles sacra ratione geruntur,

Plenis plebs portis non satiata ruit.

Ordine rectores, rebus qui præsidet vnus,

Consilium regis, patriciq; graues:

Incedunt tristes vultu, tum mente per agmen,

Demisis oculis pergit utrinq; chorus.

Hac nostri ciues, illac & curia tendit,

Consulti iuris, causidiciq; forum.

Christum sectantur, vexillum regis adorant,

Insequiturq; crucem relligiosa cohors,

Conscripti patres, rectores urbis ad unum
 Portabant humeris corpora sacra suis:
 Ad tumulum tandem tardi venere regentes,
 Lecto deponunt ossa colenda suo.
 Quem Garnata suis impensis regia fecit,
 Ut coleret reges, teq; Philippe, suos.
 Ingeminant cantus iterum, psalmiq; canuntur
 Cantores requiem per pia vota petunt.
 Currunt ornata mandentes fræna lupata
 Sex mula ingentes præsidis imperio.
 Ossaq; sic feretris auroq; tapetibus, ostro,
 Regali & longa veste reposta gerunt.
 Tunc & lecticis componunt corpora patres,
 Et proceres humeris ut retulere suis.
 A dextra, lænaq; faces portare ministros
 Cernas ardentes, qui vehebantur equis.
 Est in conspectu templum Cartuxa vetustum,
 Gens sancti Bruni relligiosa colit.
 Dux quibus in saxo Gonsalvus magnus & olim
 Imposuit tectum, fixit & ille crucem.
 Illic nocte duces seruant pia corpora sanctè,
 Peruiliq; vices in statione tenent.
 Iam iubare exorto ducentes regia ritè,
 Ordine consimili pergunt utring; manus.
 Et tuba tunc clangens equitum reuocare cateruas,
 Et peditum turmas monstrat adire vias.
 Quadrupedante sonu campos quatit ungula latos,
 Agmine dum longo regia turba venit.

Magistratus.

Tres tumulos regales & Augustos erexit Garnata.

Illic re spōsum præbyteri, cantoresque cecinerunt.

Tunc acceptis lapidibus ministri utrinque equos agentes comitabantur.

Hoc ordine iter facturi, ne et ignis regalibus corporibus ab esset victuris.

Gonsalvus à Corduba Sueffe magnus Hispaniarum dux Cartuxæ veterem domum monacis dedit, & illam sanctam super montem crucem erexit primus. Equestre regis satellitium tuba accitum comitabantur lenis armaturæ equites cum duce.

APhilippo missam
hanc crucem argē-
team portabat. d. d.
Hieronymus de la
Cerde capellanus re-
gii Illustriss. Ga-
brielis à Corduba fi-
lius.

Prosopopeia, id est,
personae descriptio.
Garnata iniuriam
cū ducibus Philippi
expostulare visa est.
Propter forum re-
gium vbi ius omni-
bus dicitur.

Garnata regibus ca-
tholicis fida.

Templa incensa.

Sacerdotes interfe-
ctos.

Quia semper regib⁹
suis fidem seruauit.

Nobilitate Mauro-
rum rebellionē.

Si Maiestatis lese
legē crimine possēt
accensari.

Quod iniquo animo
ciues tulerunt.

Non alius honos
vbi.

Permissio.

Orantesq; Deum crux Christi vera regebat,
Monstrabatq; vias hac Deus ipse suas.

Cum subito canos lanuata in vertice crines,
Tunc Matrōna potens pergere visa mihi.

Præsidiis incedens vultum conuertit, & urbem
In se, pontifices, agmina sancta mouet.

Dumq; ea suspirat, vocesq; ad sidera iactat,
Talia dicentem regia turba notat.

Quae gentes, quae regna rego Garnata, Philippe,
Exhausta in Mauros perfida bella mihi,

Corpora quae custos regum seruare solebam,
Reliquias, patrum non sinis esse tuum.

Quid feci infelix? in te quae foedera iunxi?
Hæreticis unq; num sociata fui?

Non ego cum Mauris tunc Christi excindere nomen
Impia iuravi, heu bella cruenta tuli.

Postquam catholici Fernandus, & illa virago
Me Isâbel Christo reddidit ipsa Deo,

Semper fida fui Carolo, Regiq; Philippo,
Quae in caelis viuis, fida Ioanna tibi.

Et laceros vidi natos, mea viscera nuda,
Hæreticas sensi, sacrilegasq; manus.

Si Maiestatem conspirans iura, Philippe,
Laxissem, nobis an grauiora dares?

Induperatricem, heu, matrem, tollisq; Mariam,
Corpora tolluntur gloria sola mihi.

Transcribas ciues alio, patresq; ducesq;
Militiam veterem praesidiumq; forum

Funditus hos muros (sic *Albam Tullus & olim*)

Dirueres, paterer, regia ni raperes:

Carolus, heu, nobis fuerat qui gloria visus,

Regius ecce tuis clauditur in tumulis.

Si mea templa tui fratres, tua regia coniux,

Si ornaret genitrix, partibus aqua forem.

Solamen vero fuerit vidisse Philippum

Regem lustrantem mania lata tuum.

Germanos, Italos, alienas nomine gentes

Vidisti, Gallos, sola relicta tibi.

Non sat erat durum populos lustrasse propinquos,

Regales vultus? ora negasse mihi?

Ad subitos casus, rerum discrimina ad hostes,

Quæ me circumstant tristia fata diu.

Misisti auxilio fratrem, regniq; phalanges,

Instructas acies, regia & arma, duces.

Gratia nulla potest meritis Rex iusta referri,

Nec memorare valet mens pia gesta viris.

At si conspectum possem vidisse Philippi,

Sors mea iam mundi Regibus aqua foret.

Fœlices vrbes, quæ te videre, triumphant

Hispalis, & Batis, Corduba clara viris.

At mihi qui matrem violens disiungit ab vrbe,

Inuiset quando sic mea regna pius?

Coniugis & cineres nostra qui asportat ab urna?

Cur ciues sperem posse videre meos?

Si decus est regni iustas audire querelas,

Paulisper nostras auribus accipias

Nobilis Albe ruina apud Linium.

Hoc solum poterat esse solatium.

Quia Cordubam, et Hispalim Bœticas vrbes visit.

Philippi conspectus satis, ac satis Garnatæ exoptatus.

Aduersa vrbis fortuna, sed quæ fœlices habuit exitus.

Contètio ab aliarum fœlicitate.

Propter Gonsaluū à Corduba magnis Hispaniarum ducē Suessæ Gonsaluū que nepotē inclytos bello.

Et comitē capre quæ Garnatæ regē Maurum cæguer captiuū regi Ferdinando tradidit Cordubæ.

Attentio.

Hic Garnatę Rex
Philippus cōceptus
feliciter.

Regis generationis,
& patria Garnata,
et principiu est, &
quasi mater.

Argumentum.
Hinc rex omnibus
mittit Philippus.

Pietas Philippi à pa
rentibus.

Hinc animi regis in
signi tranquillitas,
& constantia.

Patria quasi mater
est.

Argumentu à ma
iori.

Philippus nec Mau
rorum, nec Turca
rū nec Iudeorū mor
tē desiderat, sed vt
conuertantur, &
viuant.

Non catholicę ne
ganda, quę dantur
Hereticis dono.

Pro Hereticis Ro
mana & Paganis
orat Ecclesia.

In duperatricem grauidam gestasse Philippum
Illiberi scimus, (ne tua despicias.)

Principium vitę Garnata ex urbe tulisti,
Hoc hominem cælum te dedit esse suum:

Temperiem gestis miram, rebusq; gerendis,
Quam pie Rex seruas, sydera nostra ferunt.

Iustitia est animi, si Rex tibi sana voluntas,
Religio & regnis, si in temerata fides,
Catholicis, debes (talem genuere parentes)
Fernando, Isabel, qui petiere deum,

Vt Carolum patrem regina Ioanna, Philippus,
Mundus Catholicum te quoq; habere queat.

Patrius inde Dei cultus tibi, regibus idem est
Christus & Hispanos, & tua iura regit.

Quod res aduersa, nec te mutare secunde
Tranquillum possint, autor & aura mea est.

Est patria hæc tandem, charam venerare parentem,
Garnata est genitrix terra beata tui.

In Mauros, hostesq; pius, per cuncta benignus,
Et clemens habitus religione tua:

Vt conuertantur, viuant, qui parcere mirus
Diceris Hereticis, cur facis ista piæ?

Quæ te sola colit, quæ te veneratur in orbe,
Non alia hæc regum claudere & ossa potest.

Quis credet fratres rapuisse ex urbe Philippe,
Cælestes animas, corpora munda Deo:

Fernandus Caroli, matris pars ille Ioannes,
Pulvere pascebat pectus uterq; meum.

Me fugis Isábel princepsq; Maria relinquis,
 Seruui postquam tempora longa tibi.
 Hic honor est habitus nobis? hæc gloria genti?
 Hæc referenda meis præmia sunt meritis?
 Si concessa mihi non das pia iura Philippe,
 Atque oculis facies ista neganda meis:
 Si non ossa pio veneranda hæc carmine matris,
 Coniugis & cineres (sacra Maria) tuæ
 Quid sperem reliquum? quid nunc optare licebit?
 Torquebunt animum regia nulla meum.
 His mihi fortunas, curas solabar aniles
 Principe cum matre, & fratribus, alme, tuis.
 O quoties mens ipsa mali præsaga reuoluit,
 Terrificant animum grandia monstra diu.
 Peruigilem quatiunt, heu, sæpe in somnia mentem,
 Visaq; per longas corpora ducta vias.
 Apparent lecti proceres, atque ordine ciues,
 In pompa videor sæpe videre duces.
 Ardentesq; faces manibus portare ministros,
 Atque sacerdotes dicere sacra pios.
 Et te conspicio transferri hæc ossa iubentem,
 Maiestas turbat tristia corda mihi
 Alloquor infælix, repetitaq; verba resumo,
 Insana hæc dico tristia fata meis
 Dissimulare graues sperastis regia patres,
 Atque magistratus, prætor & ipse mei.
 Pontifices, grandæsq; duces, Hispana propago,
 Iniurijs facitis, quæ pia iura negant.

Protopopeia, & Apo
 Strophe.

Iniuriæ ex postula
 tio.

Hic pietatis honos.
 De seruitio conque
 ritur.

Nullam accipit con
 ditionem.

Pathos, mouet affe
 ctus mittes.

Regalia corpora o
 mni honori antepo
 nit.

Desperat de regio
 honore accipiendo.

Mens humana mul
 ta præsagit.

Imaginatio facit ca
 sum.

Qui amant, ipsi sibi
 somnia fingunt.

Somniamus, quod
 vigilantes timemus

Omnia præ oculis
 volitant timèribus.

Nec sopor videtur
 esse sed vultus om
 nium desideratorum

cognoscuntur.

More hominum.

Omnes per somnum
 alloquitur.

Interrogatio mouet
affectus.

Amantes omnia
vel tuta timent.

Ignorat Diui Lau-
rentij templum.

Quasi verè res aga-
tur.

Affectus mirus.

Aptum nomē qua-
si de viro Fernando
sumpta virago.

Rerum vicissitudo.

Ab in faelicitate
sua timet.

Amor vnicus ma-
tris est.

Similitudo egregia.

Imaginatio facit ca-
sum.

Pietas mira, quæ vel
ad insaniam redigit
Vehemens affectus

Quod vigilans ve-
luit.

A deo optimo ma-
ximo.

Quid tumuli in cælum surgunt, cælsaq; columna?

Funera quo pergunt, regia cuncta, rogo?

Quis facere audebit regnis, vel tuta timent?

Factos præsenſi en mater amica dolos?

Corpora quo regum tumultantur, & ossa sepulchro?

Me locus in terris dignior esse potest?

Intrantes alios, voluentes corpora cerno,

E ferri è tumulis ossa colenda suis.

Excutor somno subito, cineresq; requiro

Catholicos, viso corpora mille modis.

An sit Fernandus victor, sit dia virago

Isabel tumulo corpora iuncta duo?

His etiam timeo mærens, (sors omnia turbat)

Nomine ne nostro quid patiantur aui.

Viuerè qua infælix videor, non cura relinquit,

Et qui sollicitat pectora nostra, timor.

Tunc pauida amplector clausos, cineresq; reuoluo,

Ad pectusq; premo terq; quaterq; meum:

Atque iterum repeto, penitusq; adiungere nitor,

Quo prænsat natos mater amore suos.

Maiestas grandis regum se ostendit ab urna,

Religiosa tuis patribus ossa refert.

Augusta inspicio, & veneror iubeoq; valere,

Et genibus flexis tunc pia verba loquor.

Defixis oculis, animoq; & corpore grandi

Suspicio, auxilium cælitus ipsa peto,

Regales animæ cælesti in sede locatæ,

Sint concessa diu corpora vestra mihi.

Conditæ Garnatæ regali hæc ossa sacello
 Iudicis expectent irrevoluta diem.
 Fælices populi, quæis nunq̃ funera regum
 Commissa, aut cineres, nec monumenta ducum:
 Depositi aut reges, servanda aut corpora, celsis
 Reddenda aut tumulis, aut veneranda tuis.
 Non animam rumpi poteruntq; videre suorum,
 Viscera diuelli, ut pectora rupta mihi.
 Quo fugiam tristis, quæ mundi extrema videbo?
 Immemor ut vitam, sacra Maria, tui.
 Quæ dura, heu, patria est, quæ gēs tā barbarâ nobis?
 Quæ matris nomen deleat ipsa tuæ,
 Ite spes omnes, abierunt corpora Matrum,
 Iam tumulis posthac non decoranda meis.
 Gaudeat & templo, quod condidit arte, Philippus,
 Prodigium mundi surgat ad astra pijs.
 Aurum, vasa, & opes, ostrum mirentur in illo,
 Christicola, Turcæ, barbarâ gens animis:
 Si non te Isâbel, veneranda atque ossa Mariæ
 Clauderet, en cordi, summe Philippe, foret?
 Carolus ille fanet pompis, tumulisq; sepulcris,
 Nomine nobilitat regia gesta suo.
 Terrorem mundi voluisti claudere templo,
 Heretici ut timeant sic monumenta viri.
 Non placitura tibi fuerat structura superba,
 Quæ patris cineres non habitura fuit.
 Hostia viua Deo si non celebrata fuisset,
 Regibus his viuis machina quid faceret?

Viuorū, & mortuorum
 dies Christi.

Ab aliarum ciuitatum
 fortuna.

Affectus.

Apostrophe.

Vbiq; venerandum
 Quid sperādū iam.
 Nil est reliquum.
 Vno verbo absorpsit
 templum.

Nil maius dici potuit.

Carolus terror Hereticis
 Mauris & Turcis.

Sine Carolo sordēt lapides
 structure Satis Catholicæ.

Christum vinum in
 templis sanctissimū
 sacramentū adoramus.
 Vsq; ad confirmationem
 seculi.

Philippi pietas.

Templa, quæ condidit Philippus, habeat, nobis nostra placent, ubi regalia corpora catholica.

Illic aurum, & argentum est, & lapides preciosi.

Fama regum catholicorum omnia nobilitat loca.

Tempus omnia consumit.

Vsq; ad consumptionem seculi.

Beatos vocat.

Ab honore, & vrbis gloria.

Allusio.

Duo fulmina belli, quia regnum expugnarunt Catholice.

Ingressu propugnaculi

Regibus parendum in primis catholicis.

Condita sint quamuis paruo tunc ossa sacello

Fernandi, Isâbel gloria viua colit,

Nomina dum regum sic audit saepe viator,

Aurea, & Augusta his marmora nostra putat.

Dum repetit hærens Fernandi gesta per orbem,

Isâbelq; tuos nomine dictat auos:

Immemor est lapidum, non aurum suspicit absens,

Regia sed laudat corpora clausa loco.

Quamq; templa tuis tumulis miranda, Philippe,

Commendet dictis inclyta fama suis:

Garrula dum tollit Fernandi nomen ad astra,

Isâbelq; meæ regia templa notat.

Rex iacet hic, inquit, Fernandus nomine, coniunx

Isâbelque piæ, Catholicique duo.

Quid templum miror? Reges moriuntur & vrbes,

Christus agit mecum, regibus atque meis.

Viuite felices Michaelq;, Ioanna, Philippe,

Cernitis æternum secula cuncta Deum.

Vos mihi perpetui reges, vos este triumpho,

Fernande, Isâbel, fulmina Marte duo.

Me viui à Mauris capistis corpora sunt

Solamen tristi tempus in omne mihi.

Præsidium regale, forum, mirabile templum,

Atque magistratus regia cura dedit.

Officio & sancto regni tutela fuistis,

Qua secuta meis regibus esse queo:

Quando maiestas hæc mandat summa Philippi,

Celamus regi, qui pia cuncta facit.

Solamenq; mihi reddenda Ioanna Philippi,
 Catholici in templis ad pia iusta manent.
 His de more pio regalis pompa quotannis,
 Ritè parentabunt per monumenta chori.
 Tuncq; magistratus venient, Regisq; ministri,
 Consiliumq; forum, qui regit arma, duces.
 Atque preces fundet pro cunctis ore sacerdos,
 Hostia viua feret sic mea vota Deo.
 Dum Caroli mater, restatq; Ioanna marito,
 Iungenda his tumulis, & veneranda mihi.
 Hisq; triumphasse, his gestis memorata videbor,
 Inq; malis viuens ambitiosa meis.
 Quam bene consuluit solennia iusta Philippi,
 Qui iussit fieri, & nomine constitui:
 Nam si in ~~uisa~~ ^{uisa} tuis oculis sum visa, Philippe, ^{inuisa}
 Nomen maestas reddidit ipsa tuum.
 Nomen qui referens audiris saepe Philippi,
 Teq; Philippe, meis auribus accipio.
 Sed quia & ipse iacens hac nostra in sede Philippus,
 Auditur templis vocibus assiduus:
 Et responsa chorus renouat mihi sacra Philippus,
 In pace ut cælo saepe quiescat, ait.
 Dum repetit nomen diuina in veste sacerdos,
 Respiro audito nomine saepe tuo.
 Pulueris exigui restaret fratribus urna,
 Ut sacrae Isabel pignus in orbe foret.
 Ut ciues fratrum cineres extare Philippi,
 Garnatae memorem teq; fuisse sciant.

Pensatio regia.

Quotannis cōueniūt
 præses, & vrbis pa-
 tres cōscripti ad rega-
 le anniuersarium.

Res fit diuina &
 contio.

Iure optimo semet-
 ipsam solatur.

Ambitio in malis,
 in dolore de raptis
 corporibus impera-
 tricis, & principis.

Solatur nomen aui,
 quod nomen tuum
 refert.

In sacello regio assi-
 due statim primo
 mane pro Philippo
 rem diuinam faciūt
 sacrifici.

Affectus mouet.

Si nepos Caroli.

Pignus memoriae
 Regis.

Regem dormire nō
debet.

Per noctē plurima
reges voluunt.

Mens sana Philippi
Si nō dictis, saltem
animo de me men-
tionem facias.

Hoc erit palmariū,
Ne meminisse de di-
gneris.

Verū vbi molestū
non erit, vbi tu vo-
les, vbi tēpus detur,
vbi molestiā ex ani-
mo ex pueris, sat ha-
beo si tunc memine-
ris.

Nec vlla nostri te
capiat vsquā obliuio
Pia, digna catholi-
co rege, & apta
Christiano viro.

Multum in regibus
catholicis est positū

Dextere Dei poten-
tia conterantur.
Catholici rerum po-
tiantur amen.

Nec despecta tibi, populis, nec regibus ipsa,

Neclecta Hispanis esse viderer auis.

Sed te ne nostri cura hæc vix tangere lecto.

Posses, quæ reges non sinit assidua.

Vestigium matris, nec sacræ coniugis vllum,

Nec fratrum saltem pulueris esse iubes.

Puq̄lica si nostri non digna est cura Philippo,

Garnatam tecum voluere mente potes,

Hoc sat erit miseræ pectus tetigisse Philippi,

Terrarum dominum sic meminisse mei.

Ne proceres regij videant te noscere Regem

Vrbem, quæ matrem non colit vna tuam:

Cum te subducis, cum te fastidia torquent

Regnorum, solus dum tibi iure vacas:

Illic Garnatam parum repetisse iuuabit,

Quæ quondam matris clauserat ossa vale

Garnatæq; tuæ faueas Rex inclyte gestis,

Et viuas nostri semper in orbe memor.

Vive, vale, regna, serues tua regna Philippe,

Fernandus princeps viuat & ipse diu.

Annaq; nostra regat regina adiuncta marito,

Perpetuo natos nutriat alma tibi.

Catholicamq; fidem iunctus defendat uterq;

Vt regnum Christi regnet in orbe tui.

Hæretici vt pereant, subte pia signa sequantur

Catholici, Christum gens colat vna Deum.

Hæc cecinit Domino regum monumenta Latinus,

Orator vates dux bonitate tua est.

*Litterulas didicit tecum nutritus in aula, has
 Reddit, quas docuit tunc tua larga manus.
 Soluisti precium sumum, dum fama Philippi,
 Carminibus viues dictus & ipse meis.*

Ad eundem Ducē Elegia,

*in qua, quomodo, illustrissimus, atque admodum
 Reuerendus praeses, & militia praefe-
 ctus. D. D. Petrus à Deza Philippi
 regis mandatum in transla-
 tione regalium corporum
 exacte peregerit de-
 scribitur.*

(35)



*Videas tumulosq; tuos, celsasq; colu-
 mnas,*

Funera sic regem ducere facta tibi.

*Quiq; & auos, patrem, matrem, ma-
 trisq; sorores*

Iunxisti fratrem cumq; sorore tuum.

Quaecunq; in pompa, Gonsalui & funere magni

Fecisti, ut noscas ordine facta pio.

Translatosq; duces decorasse ut iure Philippum

Orbis cognoscat, regia gesta ducis.

Te similem regis templum, sedemq; sepulchrum

Corporibus patrum dux reparasse scias.

Captat docilitatem.

In diuo Hieronymo

*Philippus Rex du-
 cis suessæ gesta in
 translatione ducum
 nobilitauit.*

*Ducis suessæ cū re-
 ge suo mens pia, &
 catholica.*

Cui regaliū corpo-
rum memorabilem
translationē Philip-
pus commisit.

Illustrissim⁹ Petrus
à Deza præses cōdē
da carmina, & epi-
taphia magistro Io-
anni Latino cathedra
moderati dedit.

Hoc studebat vñ.

In sacello regio tu-
muli regaliē Philip-
pi impensis constru-
xit fabrefactū mire
Funere astāpades, au-
rea ornāmēta, ciuū
omnium ordinē, &
principum cōposuit.

Totius negotij rega-
lis prora, & puppis
aduotum regis sui vi-
sus est.

Catalogum à Phi-
lippo præscriptū re-
gis verbis exequēba-
tur præses.

Reuerendissimo Mē-
tesiano, & excellen-
tissimo duci de Al-
cala.

Pompæ caput ponti-
fex Illustrissimus ac
reuerendissimus Pe-
trus Guerrero in sa-
cris.

Scripsimus hoc iussu, mandato & præsidis ipsi,
Catholicis carmē regibus in tumulis.

Qui parens dictis moderatis regna Philippi
Viribus ille suis regia cuncta facit.

Erexit tumulos caelo, celsasq; columnas,

Condidit his regum corpora catholicū.

Composuit pompas celebrari ex ordine longas,

Præscriptum ut fuerat regis honore sui.

Iusserat ut regum transcribi hæc ossa Philippus,

Nec verbo Deza hoc parcius ulla dedit.

Funera cumq; foro per calles ipse sequutus,

Regiaq; ad campos egit, & agmen adiit.

Ex præfinito cineres, & corpora ferri

Pontifici, atque duci traddidit ille pijs.

Postquam cuncta pius regali more peregit,

Illiberi à porta vertere sacra iubet.

Ad templumq; crucem mirus pietate reduxit,

Christum contemplans sanctius ire suum.

Ritè parentare ut præcepit lege Philippus,

Regia sic præses corpora iunxit auos

Edictum regis manibus gestare videres,

Officium iunctis reddidit vnde viris.

Nomine quemq; vocans edixit iussa Philippi

Iudicibusq; duci, principibus populi.

A dextra, læuaq; locum signauit utrisq;

Iudicibusq; grauem, muneribusq; dedit.

Confedere forum, præses, iudexq; supremus,

Antiquusq; magis, tunc Comes ipse fuit

Arcis Tindelus praefectus iure sedebat,
 Claves qui sanctas, reliquiasq; tenet.
 Marchio quisq;, loco positus tunc ordine cuncti,
 Post sanctum iudex qui regit officium.
 Et qui deinde locum sortitus rege priorem,
 Sic reliquis sedes est sua iudicibus,
 Sacra, ministerio memoranda & iusta sacerdos,
 Funeraq; & pompam, rite peregit ibi.
 Tres rem diuinam celebrarunt ordine Regis,
 Iussu pontifices, summe Philippe, tuo
 Pontificesq;, suo sederunt iure vocati,
 Fecerunt terni, munera, verba duo.
 Sed quia Mentese non dixit lassus, & ager,
 Orauit Petrum, dicere qui poterat.
 Nam Garnatensis perfectus lege magister,
 Orator magnus praestitit officium.
 Bisq;, grauis dixit Nestor tunc alter ab annis,
 Dulcius ore seni vox pia melle cadit.
 Responsisq;, pio cantatis ore, sinistra
 Accepto baculo ter benedixit oues.
 Catholica & tandem regina Ioanna Philippo
 Praeside, quo simili ducta tenore, data est.
 Non aliter fecit vates epigrammata iussus,
 (Catholica ut praeses iusserat esse) sua.
 Hinc petit ista typis excudi digna, sepultos,
 Carmina, quae reges surgere posse canunt.

E

Illustriss. D. D. L. ei
 sius Hurtado à Mé
 doça comes Tinde
 lus reliquiarum ca
 stos sanctarum.

Admodū illustris
 Petrus ab Alaua.
 Ut cuiq; rex locum
 concessit.

Tres pontifices rem
 diuinam fecerunt,
 & responsa dix
 runt horis vesper
 tinis.

Ad altare sedebant
 pontifices.

Duo cōcionati sunt
 Tunc Petrus Guer
 rero Theologus si
 ne cōtrouersia apte
 distincte, ornateq;
 dixit.

De Nestore Home
 rus.

Benedictio artificio
 sa rem ob oculos po
 nit.

Pastoris munus, &
 officium.

Res exacte pera
 cta est cōclamatū.

A poeta exactum
 morum necum pre
 sidis mandato.

Iusta petitio.

Ad illustrem Dominum Antonium Gratianum Philippo Dei gratia Hispaniarum Regi a secretis aptissimum, Graecis, ac Latinis litteris praeditum, et artium liberalium peritissimum, per Magistrum Ioannem Latinum Elegia.

(88)

Exordium à beneficij memoria.

Qui in Priuilegio Austriadis consequendo suppetias tulit

Quo foeliciter usus rest.

Docilitatē captat.

Elegās metaphora.
Epenithesis figura.
Regressio.

Non temere.

Vulgo Tordesillas.
Catholica Hispaniarum regina.



Cce iterū munus per te, regisq;
fauorem

Antoni, grandem iure Latinus amat.

Auxilium des ipse volens, famamq;
poeta,

Prospera contingent omnia

Tunc viuos reges celebrauit musa Ioannis, (situleris.
Surrectura canit nunc pia & ossa Deo.

Reges, Reginas, pueros, regumq; nepotes

Excitat, & cineres, corpora sacra loco.

Induperatorum repetuntur iusta piorum,

Coniugibus dantur corpora corporibus.

Consilio & sacro mittuntur corpora regum,

Vertitur & varijs regia pompa locis.

Syllana è turri efferturq; Ioanna Philippo,

Inuicti Caroli mater amata suo.

Qui tunc Garnatæ tumulo, grandiq; sepulchro,
Sperabat iungi coniugis ossa sibi.

Principis & nostræ fratrumq; , & corpora matris
Garnata efferrî ut filius ore iubet.

Ad templum misit cineres, atque ossa Philippus,
Maïestas patri quod pia condiderat.

Fecisti officium generis, qui nostra Philippo
Carmina dum laudas, nobiliora facis.

Per te principibus placuerunt nostra viritim,
Per te excusa typis Regia suspiciet

Quid quod grata tuo celebrantur scripta favore,
Carminibus nostris inuida turba fauet.

Non opis est nostræ dignas tibi reddere grates,
Omnipotens meritum iam feret ipse tuum.

Qui nostros animi clara virtute libellos
Fecisti illustres, gratia an ista mea est?

Hæc tua sunt, doctos solitus celebrare poetas,
Antoni officijs clarior esse potes.

Namq; honor est maior danti (ut dixere periti)
Quam sit honorato, splendet & aura mihi.

Quippe tuo nostram decorasti nomine musam,
Qua placuisse tuæ, laus erit ampla mee

Nec te pœniteat vires auxisse Latino, ut
Surrectura canat regibus ossa pijs.

Vocibus in stadio currenti perge secundis
Acclamare tuis, ibit in astra leuis,

Philippi mandatū.
Diui Laurentij.
Vulgo Scorial.

Nobilitati cōsente
neum.

Hæc verè omnia.
Antonio accepta re
fert.

Ab inuidiæ fauci-
bus eripuit.

Nodus dignus Deo
vindice.

Acute satis dictū
est.

Bene mereri glorio
sum.

Honor magis in
honorate, quam in
honorato.

Principibus, & do
ctis placuisse laus
est prima.

Allegoria ne desi-
nat fauere.

Ab Antonio capta
to Philippi fauore.
Quia in bruma me
dia.

Allusio ad nomen.

Fauor, quia honos
alit artes.

Imflamabit vel se-
nem frigidū gloria.

Res mira.

Vt Suburre natus,
& alius.

Rara avis in terris.

Nigrum leuat aura
Cynnum.

Quia non omnibus
hæc Corynthū adire
datum.

Das, que Deus de-
dit.

Eleganter dicta, et
docte.

A patre luminum.

Omnibus artibus li-
beralibus tuis.

Bonum quanto cō-
munius, tanto diui-
nius.

Corpora cantabit dulci modulamine regum,

Ossaq; lecta cadis regis id auspicijs.

Aduectas pompas per campos, flumina, lamas,

Pontificesq; duces qui retulere graues.

Antonique tuo resonabunt carmina ductu,

Gratia an ista meis abneget auxilium?

Spiritus iste tuus sublimem pellet in auras;

Ignibus incendet frigida corda seni.

Dulcia qui Æthiopum moduletur carmina lingua,

Sed que Romanos exprimat ore sonos.

Vt niger ipse tuo volitat dum flamine Cygnus,

Rara suo cælum vertice signet avis.

Excelsis animis sectantem gesta Philippi

Mirentur vates, corpora dicta pie.

Consilium Regis vincentis regna per orbem

Curia te vidit conciliasse mihi.

Ex animo cuncta hac generoso nata ferentur,

Dona tibi, Antoni, cœlitus apta cadunt.

Ille superne dedit mentem tibi iure benignam,

Antoni, ut iusti sis bonus ipse dator.

Omne datum quando natura, at que optima que aequæ?

Luminis à patre huc iam cecidisse vides.

Quidquid in arte potes, quosq; & tibi reddit honores,


Regia si extollit, gratia an ista ducum?

Impartire, bonum quanto communius ipsum,

Diuinum tanto scis magis esse viris.

Natus & ipse tibi non es, sed regibus aptus,
 Principibus gratus, gratia nata viris.
 Ortus namq; tui partem te poscit amicus,
 Vendicat & partem patria iure sibi.
 Si extendis nomen gratum per dona poetis,
 Gratia an, Antoni, non tibi grata feret?
 Vivas ipse Deo, vivat tibi longa Philippus
 Tempora, qui meritis præmia digna dabunt.

Non nobis nati sumus,
 ortusq; nos in parte patria,
 parte amici sibi vendicât
 Platonis est.
 Gratosus à gratia
 nomen.
 Gratus omnibus.
 Superstes ut rex sit
 superstiti ex optat.
 Ut dignis reddere
 sunt soliti.

 Catholicorum regalium
 corporum translatio-
 nis primæ finis.




E iij

Epitaphium Johannis Baptistæ
 (Cyprianus) in hunc modum


CATHOLICIS REGIBVS

Corpora, & ossa p̄ius Christi virtute Philippus
Surrectura docet, spes quia vera fide est.



Regibus exemplum pietatis rite Philippus
(Corpora Catholicum dum colit) ecce dedit.

Translatio ossa p̄ius Christi virtute Philippus
Qua celo Reges vivere monstrat annos.


CATHOLICVS

ET INVICTISSIMVS PHILIP-
 pus Dei gratia Hispaniarum Rex pietate commotus
 Catholica iussit, ut illustrissimi Petrus Gonzalez à
 Mendoça Episcopus Salmantinus, & D. D. Loisius
 Fernandez Manrique Marchio Aquilarius Pintia
 Reginam Mariam catholicam transferentes Syllana
 è Turri catholica Ioannæ Hispaniarum reginæ regale
 corpus ad diui Laurentij templum obiter multa cum rel-
 ligione, & regio honore transferrent. Atque
 illustrissimo & reuerendissimo. D. D. Fran-
 cisco Delgado Mentesia Episcopo, &
 excelentissimo. D. D. Ferdinando
 Enrriquez duci de Alcalá com-
 mitteret, ut Garnatæ catho-
 lici coniugis Philippi re-
 gali corpori in regio
 sacello religiose
 iungeretur.

(9)



Am Salmantinus Mendoça nomine
 Petrus
 Pontificis partes faciebat more piorum.
 Marchio & ipse potens Aquilarius al-
 ta propago

E iij

Illustrissimus & re-
 uerendissimus Pe-
 trus Gonzalez de
 Mendoça Episco-
 pus irreprehensibilis
 & doctissimus.
 Illustrissimus. D. d.
 Loisius Ferdinan-
 dez Märriq Mar-
 chio de Aguilar.

Ibat & ingenti ducebat honore cohortes.

Philippi mandatū
Augustum & ca-
tholicum.

Vbi corpora catho-
licorum Ferdinan-
di & Isabel Hispa-
niarum regum.

Proles catholica.

Maria filia catho-
lica.

Romanę Ecclesie
pro defunctis assi-
due ad dominum
preces.

Sancta Trinitas
vnus Deus Roma-
nam Ecclesiam ser-
uat.

Domine adauge no-
bis fidem.

Tu es Petrus & su-
per hanc petra[m] edi-
ficabo Ecclesiam
mea[m] Christi verba.

Lapis quę reprobau-
erunt edificantes
hic factus est in ca-
put Anguli.

Quia Christus resu-
rrexit reges catholi-
ci resurgent.

Syllanam ad turrim pergunt, hinc ordine regis,
Vt duo mandatū complerent grande Philippi,

Atque obiter corpus venerandum rite Ioanna

Eferrent tumulto, iungenda hæc ossa marito

Garnatæ ad templum regali more Philippo.

Quę Caroli mater Quinti rectoris in orbe,

Hispanis regina fuit, tenuitq; nepotes

Catholicos reges pugnantes nomine Christi

Hereticos contra, Mauros, Turcasq; feroces

Ibat nata simul sælix cui sacra Maria,

Digna & matre pia, cantabat iusta sacerdos

Perq; vias, hymnos, laudes & carmina sacra,

Catholica vt tradit Romana Ecclesia nostris

Defunctis, Christi veniam dum poscit amica

Mater sancta suis, quam spiritus ille gubernat,

Cum patre, & nato seruat, defendit, adauget

Catholicamq; fidem Christi per sæcula viuam

Pontifici Petro fundatam sanguine Christi:

Nam lapidem Christū quoddam gens Barbara templū

Ædificat quando contempsit sapius, idem

Ecce caput factus templum compagine claudit,

Quo Reges viuunt, Romana Ecclesia cantat,

Victura & surget regina Ioanna Philippo

Per Christum coniuncta suo, cælumq; tenebit.

¶ FINIS.

Catholico Philippo Epigram

In fronte tumuli è regione portæ sacelli Ecclesiæ
 versus Catholicum Philippum Christi vesti-
 gijs insistentem Christianam rem publi-
 cam gubernasse parentibus morem
 gessisse docebat Epigramma
 quod omnes ad pieta-
 tem commouit.

(35)

Secundū deum re-
 ges colimus in terris
 Reges deū relaturi.



T Deus in cælo terris regnare Philip-
 pus
 Visus, Maiestas cælitus alma datur:
 Cœlesti similis contendit viuere patri:
 Extollit Christi nomen ubiq; sui.

Pacem vult dominus, pacem sectatur & ipse,
 Iustitia pendens omnia iusta facit.

Inspicit atque pius iubeat quid dia voluntas,

Audit quid dominus lege loquatur ea:

Quo mandat caros veneratur iure parentes,

Dum corpus patris, matris & ossa colit:

Longæuus viuet pietatis nomine rector

Terrarum dominus (sic iubet esse Deus)

Exemplum reges teneant ad cuncta Philippum,

Vt patrem, matrem, sic venerentur auos.

E v

Conformis imaginī
 filij dei pro viribus
 esse contendit.

Omnedatū optimū,
 & donū perfectū
 à deo patre luminū
 descendit.

Pacem non quāmi-
 dus dat, sed quam
 Christus.

Fiat voluntas tua.

Audiā quid loqua-
 tur in me dominus.


Honora patrem, &
 matrē, & eris longæ-
 uus super terram.


Rex Philippus vni-
 cū regibus exēplum
 sequendum in rebus
 gerendis.

 TRANSLATIO

Secunda Regalis corporis
Catholicæ Ioannę inui-
ctissimi Caroli Quin-
ti matris Garna-
tæ celebrata.



 TITVLVS CIRCVM REGALÉ TVMVLVM.

 CATHOLICAE

IOANNÆ PHILIPPI, HI-
spaniarum Reginae, Catholici Caroli
Quinti, & Ferdinandi Imperato-
rum, Leonoris, & Mariae
Reginarum matri, Ma-
ximiliani Imperato-
ris Auiae fœ-
licissima.





REGINÆ IOANNÆ FIDES
catholica super tumulum.

AMPLEXA BRACIIIS CRUCEM
ORABAT REGINA.



ipsa fides.

Am surrecturum sperasti, virgo,
sepultum
Natum, quem nosti virginitate
Deum
In cruce pendentem cernebas virgo
salutem,
Matri spes vite mansit, &

Qui cōceptus est de
spiritu sancto, natus
est ex Maria virgine.

Quia spiritus sanctus
superuenit in
illam & virtus altissimi
obumbravit illi.

Deum verum novit,
quem virgo peperit.

Apostrophe duplici
virginem matrem,
& Christum mundi
redemptorē alloquitur
regina.

Romana Ecclesia
candelā virginis fidei
vinam signantem
nō extinguit in
tenebris.

Surrexit dominus

vere

*Sine operibus mor-
tua.*

*Et beato Iohāni vir-
ginem virgini com-
mendasti dicit Ec-
clesia Romana &
catholica.*

*Cum charitate con-
uncta.*

*Et tollat crucem suā,
& sequatur me.*

*Mihi absit gloriari
nisi in cruce dñi no-
stri Iesu Christi.*

*Ego mūdocrucifixa
In manus tuas dñe
cōmendo spūm meū*

*His virtutibus no-
bilitate sunt regine*

*Nec pauperi reges
addebant propter
misericordiā, nec di-
uiti adimebant pro-
pter inuidiam.*

*Pauperes Christum
representant.*

CATHOLICIS REGIBVS

*Veridicam mundo monstrasti Christe resurgens,
Ipsa fide hac Reges surgere posse scio.*

*Ora pro nobis virgoq; beate Ioannes,
Filius es dictus virginis ore Dei.*

¶ SUPRA TUMVLVM FIDES

*aderat cum hac, & illa inscriptione supra,
infraque legenda.*

¶ Fides Regina vna placuit Deo.

*Crux mea vita fuit, crux spes, mea gloria, Christe,
In cruce qui pendes, es Deus ipse meus.*

*Inte speravi, nunq; confundar in æuum,
Da dextram misera, spiritus ecce datur.*

¶ INTRA TUMVLVM VIRTV.

tes quatuor depicta cum hac inscriptione.

¶ Imperatrici Isābellæ coniu-

*gi Caroli, Mariae Principi temperantia, & In-
iustitia uxori Philippi, spes Ferdinando,
& Ioanni in cælis certissima.*

¶ IN REGALI TUMVLO FO-

*ris, intusque ab omni parte sacelli regalis
aptissima hæc, & ornata
legebantur.*

Catholicæ Reginae Ioannæ

disticha catholica, e regione in fronte chori.

*Christus pauperes
nobilitavit.*

P *Auperibus qui iura dabant, & munera reges
Accipient regnum iudicis ore datum.*

*Opera misericordie
Quod vni istorum fe-
cistis, mihi fecistis.*

*Quod miseris feci, Christo fecisse videbar,
Nunc miserae Christus fecit amicus idem.*

ALIVD.

*Tunc potum Christi seruis sitientibus alimum
Reddideram, nostram nunc leuat ille sitim.*

*Iudicis viuorum et
mortuorum verba.
Sitiui, & dedistis
mihi potum.*

ALIVD.

*Quod si dira fames miseros oppresserat olim,
Regia pauperibus munera saepe dabam.*

*Esurini, & dedistis
mihi cibum.*

ALIVD.

*Isabella famem non noui in morte benigna,
Viuus enim panis redditus ecce Deus.*

*Quoniam ipsi satu-
rabuntur.*

¶ *Altare versus ubi Episcopi sedebant.*

ALIVD.

*Quod dederam Christo, Christus mihi reddidit idem,
Pauperibus mater semper amica fui.*

*Pauperes semper ha-
bebitis vobiscum.*

ALIVD.

*Tranquilla in terris fueram cum coniuge coniux,
Pax mea, qua vixi, gloria facta mihi est.*

Beati pacifici.

ALIVD.

*Conscripti patres tumulum mihi conditis altum,
Non habitat tecta hac iam peritura Deus.*

*Non habitat in ma-
nu factis.*

Iam cœlestis.

ALIVD.
Auxisse & numerum cœlestium dicitur alma Isabella
sui numine ducta Dei.

Ad sinistrâ ubi præses, Comes, Didacus à cuniga, Mar
chiones, inquisitor Alaua, & auditores Regij sedebat.

Qui bona agerunt,
ibunt in vitâ eter-
nam.

ALIVD.
Angelus à cœlo testatur nuntius illam
Reginam è tumultu commeruisse choros.

Probitas, & iusti-
tia profunt ad vi-
tam eternam.

ALIVD.
In terris vixisse probos, iustosq; valebit,
Isabella tenes, quæ pia vita dedit.

Opera enim illorû
sequuntur illos.

Dux sex passibus di-
stabat à magistra-
tu urbis.

ALIVD.
Virtutum cumulis cælo regina futura est,
Quæis fuerat regnis, summe Philippe, tuis.
Ad dexteram ubi Dux de Alcala, & prætor, &
aquilifer Loisus à Corduba, & totius urbis
Garnatæ magistratus sedebat.

Regnabit vsque ad
consumationem sæ-
culi.

Ab auditione ma-
la non timebit.

Horatius.

Pallida mors æquo
pulsat pede paupe-
rû tabernas regûq;
turres.

ALIVD.
Oratura Deum tendit Regina subinde,
Hispani ut viuant, regnet & alma fides.

ALIVD.
Hæc timuit Dominum Regina in morte beata,
Auditusq; mali non erit ille timor.

ALIVD.
En turres regum, congestum & cesspitem tectum
Pauperis ecce ruunt, at Deus ipse manes

ALIVD.

Regibus ecce bonis, Christus qui est gloria viuis,
Rex regum dominus regia vita datus,

IN TUMULO REGALI.

Quaterni Angeli tumuli quatuor columnas,
Manibus tenentes bina hæc de regibus referebāt.

¶ In fronte tumuli honoris causæ redde
bantur hoc disticho.

Laudabant Reges dominum per sæcula viuum,
Hinc honor his viuis gloria iure datur.

¶ Angelus ad dextram nuntiat prætereuntibus.
Æternam vitam reges viuunt.

ALIVD.

Non per anigma, sed facie ad faciem Deum
videntes contemplantur.

ALIVD.

Benedicti à patre paratum regnum accipient.

ALIVD.

Abundant diuitijs, qui Christum in pau-
peribus cognouerunt.

¶ Angelus ad sinistram nuntiat
prætereuntibus.

ALIVD.

Beati à lachrymis consolati.

ALIVD.

Pacifici filij Dei reges habentur.

Rex regum, & do-
minus dominantium
Christus regibus ca-
tholicis gloria.

In tumulo foris, et
intus volitabat ex
tabulis quibusdam
fabrefactis.

Vini Reges.

Vbi Deus est.

Fruitio.

foelices.

Diuitie vere intel-
lectus bonus.

Beati

Qui lugent, quonia
ipsi consolabuntur.
Deum videbunt.

ALIVD.

Beati mites.

Mites iam viuentium terram possident.

ALIVD.

Vera sitis, & verū
desiderium.

Iustitiam sitientes iam saturi.

Angelus ad dextram nuntiat prætereuntibus.

ALIVD.

Que Deus parauit
diligentibus se.Omnia pro Deo relinquentes nec oculis visa, nec auri-
bus audita tenent.

ALIVD.

Seruire Deo regna
re est.

Seruientes Deo in terris, regnant in cælis.

ALIVD.

Cælestes spiritus.

Reges ambo, sicut Angeli Dei.

ALIVD.

Militia est vita ho-
minis super terram.
Cui cõtigerit nil am-
plius optet.

Iam nobiscum triumphant, qui in terris militarūt.

Angelus nuntians ad sinistram prætereuntibus.

ALIVD.

Datum optimū, do-
num perfectū à pa-
tre luminum.Conformes imagini filij Dei diuina volūtate vixerūt
pro viribus.

ALIVD.

Qui in dño moriun-
tur.

Beati in domino defuncti à laboribus suis requiescunt.

ALIVD.

Fides, Spes, Charitas
cælum regibus pepe-
rerunt.

Fide, & opere regnum cælorum consequuti.

ALIVD.

Quod Romana ma-
ter petiuit Ecclesia
Catholica, per Chri-
stum regibus est cõ-
sequata.Lux perpetua catholicis regibus lucet, ab auditione ma-
la non timebunt.

Ad Crucem prætiosam in

corpore Christi dedicatam verba catholica in morte catholica Principis Maria Hispaniarum Regis Philippi coniugis, quibus iam iam mortitura se totam Christo redemptori deuouit ex animo.

(SS)



Am reddens animam nato, patri
que potenti,
Spiritus & sancto per pia
verba fide:

In cruce suffixum princeps cernebat Iesum,
Orabatque deum sacra Ma-

ria suum.

Atque oculis Christum, manibusque, tenebat amatum

Oscula dans ligno, hæc terque, quaterque, refert.

En morior princeps, rapior coniuxque Philippo,

Spes mea tu dominus, tu mea Christe salus.

Principibus terræ parua est vis, addere vitæ

Horam non possunt, hanc nisi tu dederis:

Pacificum magis ipse aliud, regnumque paratum,

Quam quod sperabam, certius inde dabis.

Perte catholici speramus surgere posse,

Defunctosque tua viuere morte facis.

Verba Romanæ Ecclesiæ catholice gloria patri, & filio, et spiritui sancto mortuos solantur.

Intellectus, memoria, voluntas in Christo ponenda, a quo nunquam oculi auertendi sunt.

Lignum vitæ Christianæ.

Qui vera spes est omnibus, quibus mori statutum est.

Vita penes Deum, & destinata perihodus.

Vbi pax & tranquillitas.

Illa regna sunt certa, vbi vita æterna manet.

Christus vita æterna qui morte sua uisificauit nos.

F

Viator Reginam Ioannam

interrogat, & ipsa respondet, ubi Reges Catholicos
Christiana ratione rem publicam gerere, atque nil casu
sed cuncta Deo parentes facere, regum quoq; ut rerum
omnium esse vicisitudinem comprobat.

Viator.



I bene subducta faciunt ratione regētes

In regnis Reges regia cuncta suis:

Quas fortuna vices vertit? quis regibus
ordo est?

Sacra Ioāna tibi fata notāda canas.

R. Non fortuna dea est, falso caelisq; locata est,

Catholicis casu nil facit esse Deus.

Non est fortuna haec, Domino parere iubemur

Regina, & reges, siste viator iter,

V. Mane virens regina rosa, ut candore salutis,

Sole sub ardenti cedit amica Deo.

R. Regibus, ut vita est folijs, labuntur, ut illa

Arboribus ventis, tempore lapsa suo.

Nil sub sole manet, voluit mortalia tempus,

Voluuntur reges, est Deus ipse, & erit.

Non potui vivens in terris cernere numen

Divinum Christi, mors mea grata mihi est.

Quae dominum vivum viua mihi reddidit ipsum,

Nunc oculis video, quem dedit ante fides.

V. Spe corpus regale tua, cinereq; resurgenti,

R. Spes mea surrexit, surgere viua queo.

Reges catholici ge-
runt rem publica ra-
tioni obsequentes.

Gentes fortuna deā
fecerunt, quae nō est
nec scientia est de
his quae nō sunt.

Reges diuine volun-
tati parent.

Dicto citius marce-
scunt flores.

Homeri similitudo.
Rerum vicisitudo.

Oculis corporeis vi-
dere non potuit, quē
nemo vidit unquā.

Tunc facie ad faciē
nunc speculū in

enigmatē videmus,
elegans allusio ad

illud Apostoli.

Spes certissima Chri-
stus est Dominus.

R. Spes mea surrexit,
surgere viua queo.

Imperatricem Catholicam

viuere monstrat epigramma, in quo regibus desti-
nata omnibus esse periodus dicitur, ac

Christum dominum uiuentem uiuos
reges catholicos secū tenere, (qui
dixit se vitam ac resur-

rectionem fuisse)

confirmat

GENIUS BONVS REGVM.



Rescriptum reges tempus si uicimus
omnes,

Catholicis regnū dat sine fine Deus.

Mortua nunc uobis non est. Regina

ministris.

Imperiumq; tenens uiuit in orbe Deo.

Elata ad tumulum Christus fuit obuius illi.

Solatusq; animum, Carole summe, tuum:

Qui feretrum tangens surget tibi filia, corpus

Dixit, & ad Christum reddita uoce suum est.

Christus namq; Deus, non iam moriturus ad astra

Ascendit uiuens, omnia uina petit.

Uināq; consurget regnans, Regesq; beatos

In se defunctos Christus amore beat.

Christus rex regum Reges sibi iungit amicos,

Et cælo dignos morte, & amore facit.

F ij

Unicuique stat sua de-
stinata periodus.

In quo uiuimus mo-
uemur, & sumus.

Allusio ad filium Vi-
duæ qui efferebatur

Naimi
Christus nō amplius
moritur.

Vinorum Dns.

Filij per gratia ad eo
sic deus dilexit mū-
dum.

In resurrectione ad
gloriam surget Re-
gina.

Viator Reginam Ioannam

alloquitur, ubi solos Christianos mortem per fidem
Catholicam contemnere posse declarat, quos
spes certa resurrecturos per Christum
docet, qui lux, & requies
est animis.

Viator.

Quia Christum vi-
tam catholici cre-
dunt esse.

Addit natura vl-
timum conatum, ne
timeat, facit, quod
potest.

Beatus vir qui ti-
met Dominum.

Per Christum domi-
num nostrum par-
ta est gratia.

Non cadet à causa.

Ab auditione ma-
la non timebit.

Christus lux perpe-
tua.

Beati mortui qui in
domino moriuntur
in charitate.

Merita per sangui-
nem Christi valent.



Eges in Christum credentes temere
mortem

Visi, Catholicis, spes sua certa ma-
net.

Innatusque timor quanquam mortali-
bus adsit,

Christicolas charitas firmat, & alma fides.

Ne timeas fatum Regina in morte suprema,

Gratia nam parata est moribus alma tuis.

Gratia Christus adest, qui soluit vincula redemptæ,

Tu fassa es Dominum, nouit & ille suam.

Iudicis aduentu stabis iustissima causa,

Auditusque mali non erit ille timor.

Ecce petit requiem Romana Ecclesia Christum,

Vt lux perpetuo luceat ipse tibi.

In domino fatis cessisti iure beata,

Sacra Ioanna, Deo te tua gesta dabunt.

Qui merita, & regum charitatem respicit almam

Cum Christi iunctam sanguine, amore, fide.

Viatori à magistratibus de-

*scribitur Regina Ioannæ fides catholica sole clarior, &
Christum dominum nostrum iustitiæ solē,
& veram lucem morienti Regina il-
luxisse, & viua nunc in cælis
lucere perpetuam ciui-
tas fatetur.*

(35)

Viator pius.

*Vid fumus cæli tractum sic altus obum-
brat?*

*Ignibus & fulgor tollitur innume-
ris?*

Lucentem solē (mirum) funalia vincūt?

Non lumen maius vincit in orbe minus?

M. Lux vera est Christus, solem qui illuminat, omnes

In tenebris lucens clarificatq; suos.

Credidit in Christum, surget Regina Philippi,

Illi Christus erat gloria, vita, salus.

Illuxit Dominus morienti in lumine vita.

Quæ fassa est ipsum per pia verba Deum.

Mortua sit quanquam viuet tamen illa, sepulta

Mortis dissoluet regia vincla fides:

Ipsa fides lucem, sole est quæ clarior vna,

Reginæ Christum posse videre dedit.

F iij

Habitatibus in vmbra mortis lux orta est.

Sol iustitiæ Christi cælo, & terre lumē angelis, & hominibus lucet.

Hiperbole.

Qui credit in Christū, etiā si mortuus fuerit viuet.

Beati qui non scandalizati fuerint in illo.

Ecclesiæ verba.

Qui via est, veritas & vita.

Fides, & merita per Christū iuuant.

Qui manet in charitate, in deo manet.



Viator catholicus salutem, & vi

ta regū penes Deū, & vite finem nulli comper-
tum, nisi soli Deo, qui donat, & auferit ho-
minibus, cum vult, à cuius conspectu
neminem fugere posse docet.

Viator.

Allusio ad Ionam.

Grauisima sciētia,
qua fugimus via,
ca nos capit Deus.

Vana mundi mens
& ratio.

Apollinis inuentū
medicina.

Apostrophe.

Iuno lucina est ha-
bita falso.

Os habent, & non
loquētur, manus ha-
bent, & non palpa-
bunt, At Deus no-
ster viuus, & ve-
rus, & potens est.

Libitina quondam
dea funerum.

Siccitas augetur do-
nec nos interimat.

Cecorum duces ad
salutem reddendā.

Statutum est omni-
bus hominibus se-
mel mori.



Vis dominum fugiet? quis se subducet ab illo?

Qua ratione fugis, te hac capit arte Deus.

Ascēde ad superos, descēde in tartara velox,

Omnipotens idem est regnat ubiq; Deus.

Non mentes Regina virum reuocare salutem,

Herbarum vires, nec manus ulla potest:

Turbaq; doctorum, regis, tua cura nepotes,

Cum Deus impugnas, fallitur ars hominum:

Pharmaca nec profunt, stupeat quin doctus Apollo,

Parnasus, Iuno non feret auxilium.

Aurum di gentū, poterit quid vana potestas?

Idola, argentum, ligna polita viris?

Artificum simili finguntur imagine formæ,

Vt dicant, tangant, lingua, nec apta manus.

Paulatimq; venit Libitina quæstus in omnes,

Exedit corpus mors inimica tuum.

Heu caci medici, vatumq; ignara potestas.

Humanum in mortem quid iuuat ingenium?

Regina ad superos Parca si migrat amica,

Obstabit fati quis Deus arte tuis?

152

Oratura Deum tendit regina Philippe,
 Ut viuas, sobolem, regnaq; nostra regas.
 Orat cara Deum Romana Ecclesia, sancti
 Orate, & repetit, regibus ut faueant.

Sancti omnes dei,
 & sanctæ orant
 pro nobis in cælis.

Duobus Ferdinando, & Ioanni

catholicis infantibus immatura morte præreptis

Epigramma. Christum sanguine suo gra-
 tiam peperisse, qua ab originali pec-
 cato mundati Deo place-
 rent, docet.



N tenera, en, herba rapuit mors inui-
 da fratres,
 Sed Christus mundos vendicat ipse
 sibi.

Rapti sunt regnis Fernādus, & ille Ioannes,
 Mundus ne sacrum verteret ingenium.
 Humanamq; Deus sortem miseratus iniquam,
 Delegit regno præsciis ille suo,
 Quam citus occasum, solis tu & respicis ortus,
 Tam cita mors pueros, & rapit ipsa viros.
 Ne vita infantes progressi sorte perirent,
 Immatura duos mors dedit ipsa Deo.
 Sanguine quos Christus peccati ab origine mundans
 Catholicis mundos ipse reliquit aquis.

Elegās Metaphora
 Dum tenera pecus,
 in herba est vergi.
 Rapti videntur in-
 fantes.

Ne malitia muta-
 ret intellectum.
 Mundus inimicus
 anime.

Vie domini viuere
 se misericordia, &
 veritas.

Quo velotius hæc,
 vel illuc te conuer-
 tas, hoc citius mors
 omnes rapere vide-
 tur.

Mors immatura
 hominibus apparet
 deo veronō, qui ano-
 nitomnium finem.
 Sacramento bap-
 tis-
 mi.

Catholicam Ioannam in terris

pœnituisse Epitaphium mira similitudine
à natura profecta demonstrat
Catholicæ.



Allaces fluctus, ventos, pelagiq;
procellas,

Qui expertus, portum queri-
tat ille sibi:

Dum natat infœlix, reuolutus
& equore vasto

Tunc manibus prensam con-

fugit ad tabulam.

Naufragium mentis fecit qui grande, dolenti

Ex animo in terris est Methanæa salus.

Debita qui soluit, fœlix, & cuncta benigne

Restituit, viuet, Rexq; beatus erit.

His, quos pœnituit, regnum cœleste dicatum est,

(Christus promissit regibus ore pijs.)

In cœlis regnant victura Ioanna, Philippus,

Catholicos vere, pœnituitq; diu.

Suppliciumq; Deo de se per regna dedere,

Vincentes animos religione suos.

In se tunc violens Domino seruiuit uterq;

Hac regnum cœli vi rapuere duo.

Hos veneratur anos monitus pietate Philippus,

Sobria qui iuste, regia cuncta facit.

Methanæa pœnitē
tia necessaria, &
eris confessio ad sa-
lutem hominibus.
Elegans allegoria.
Secūda tabula post
naufragium pœni-
tentia.

Dolor de peccatis
salubris est.

Contrictio, confes-
sio, restitutio ex ve-
ro corde faciēda.

Qui credit in me
etiā si mortuus fue-
rit, viuet.

Pœnitentiam reges
egisse credimus ca-
tholici.

Castigantes corpo-
ra, & in seruitutē
redigētes cū Apof.
Se ipsos vincentes.

Regnum cœlorum
vim patitur.

Sobre, pie, & iu-
ste viuere contēdit
Philippus.

Catholicae Ioannę surrecturę


Epigramma. Vitam esse certissimam
per Christum demonstrat.



St Deus & cęli, terra, rerumq; creator,
Quę nō cernūtur, quęq; videntur, alit.
Ex nihilo fecit dominus qui cūcta potēter,
Tā facile ex aliquo quod velit, is faciet,
Verus homo, verusq; Deus, Christusq; valebat
Voce animę corpus tunc reuocare putre.
Tunc fauces Orci reclusa, & olentia membra
Per Christum viuis reddita sunt animis:
Cui patuere fores, hostesq; dedere cauernas,
Inferni sedes, inuia regna bonis.
Filius ut viduę, patri tum cara puella,
Lazarus ut fętens venit amicus ei.
Venturus cęlo iudex cum lumine cassos
Iudicet, & viuos filius ipse Dei:
Cui concessa fuit cęli, terręq; potestas,
Vitaq; corporibus gloria danda pijs:
Non arida ossa Deo, cineres, & corpora regum
Consurgent, quamuis puluis, & umbra sient?
Ergo hæc ossa pio coniungit iure Philippus,
Cumq; animis Christus præmia digna dabit.
Hęc spes catholicos mouit, quę certa Philippo est.
Vt facerent dignas regibus exequias.

F v

A facili.
In Philosophos er-
rantes qui dicunt
mundum ab aeter-
no.
Aristotelis error.
Ipse dixit, & fa-
cta sunt.
Visibilium omnium,
& inuisibilium.
Creator omnium tan-
quā potestatem habes
Mortui resurgent.
In nomine Iesu om-
ne genu flectitur.
Christo attolite
sunt portę inferni.
Ab exemplis veris
Quatriduanus erat.
Venturus proprie
de solo Christo.
Omnia in manus
traddita.
Argumentū à mi-
nori.
Omnia hæc iuste, et
catholice fecit Phi-
lippus.
In Christo spes ca-
tholicis est sita.


Catholicę Ioannę, & Philip

po in gloriam surrecturis Epitaphium.

Rerum vicissitudo.
Allusio ad illud ni
si granum frumēti.

Allegoria.

Connaturale.

Argumentū à mi
nori ad maius.

Quia nō erit impo
sibile apud deū om
ne verbum.

Declarat allegoriā.

Qui vitā nostrā re
surgendo reparauit.

Mors Christi vita
nostra.

Christus surrexit,
& nos resurgemus

Iterum regnant.

Iure Philippus, &
vrbs corpora rega
lia veneratur.

Fide, & operibus.

Deo placituri reges
sunt.



Montes, & sylua mutatur, rura virescunt,
Et folia arboribus iā renouata cadunt.
Frumenti granum depresso, & pon
dere terrae

Corruptum, morte ~~hic~~ voluitur in cineres:

Rursus consurgit, alte radicibus actis,

Quis sparsit fructum viribus inde nouis.

Si natura potens vitam post fata reducit,

Naturae dominus non meliora feret?

Est Deus omnipotens reparat mortalia Christus,

Hoc verbo ex nihilo fecit & ipsa pater.

Mortis catholicis est fructus vita perennis,

Per Domini mortem est regibus alma salus.

Virgineum granum benedictus fructus in orbe

Surrexit vere, surgere & ossa queunt.

Vinaq; consurget Regina Ioanna, Philippus,

Ambo post mortem viuere iam poterunt.

Catholici reges, iterum qui in regna redacti,

Per Christum viuunt, quem coluere pij.

Hoc cineres regum veneratur more Philippus,

Garnata ut reges condidit vna suos.

Regibus ambobus concessa est gloria viuus,

Quippe fide, & gestis tunc placuere Deo.

Catholicam Ioannam &

*Philippum ex animo veram pœnitentiam
egisse exempla comprobant.*



*V*eridicus postquã diuino numine vates
Exposuit culpam, iudiciumq; Dei:
Pœnituit Regõ peccati iure Dauidem,
Ex animo veniã poscere tunc voluit
Hunc Deus omnipotens miseratus, &

vsq; petenti

Ignouit regi, dum dolet asidue.

Post caput Ecclesiæ Petrum, qui fleuit amare,

Respexit Dominus captus amore viri :

Parceret vt pastor pecori sic mente benignus,

Tentato expertus parsit vt ipse Deus.

Sanctorum exemplis veniam petiere regentes

Rex, & regina hæc, quam retulere, Deum.

Clauibus absoluit cœli, Petroq; sacerdos,

Pontifici Christus quas dedit omnipotens.

Hostibus inuicti mundo, cum carne rebelli

Certârunt vigiles, lege corona data est.

Ipse nepos iungit Reginæ corpus auito

Coniugio, vt Christus surgat vterq; Deo:

Corporibusq; potens animas tunc reddere Regum,

Ponere qui potuit, sumere & ipse suam.

Culpam Nabã propheta Dauidi exposuit.

Pœnitere ex animo oportet.

Ab exemplo.

Allusio ad illud deus transtulit peccatum tuum.

Peccatũ meũ cõtra me est semper.

Et egressus foras fleuit amare.

Pontifex expertus per omnia qui scias compati.

A Deo cõsequenti.

Tibi dabo claues regni cœlorum, Christi verba.

Legitimè certarunt Ratio trãstationis. Christus ponẽdi animam, & iterum sumendi eam, cum voluit, sese morti obtulit.

Elegia vbi Viator interrogat,

genius bonus Regina respondet, in qua humana
 vita status iam inde ab orbe condito vsq; ad
 Saluatoris Christi felicissimam natiuita-
 tem, passionem, resurrectionem, & ad
 mirabilem in caelos ascensionem, &
 tandem vniuersalis carnis
 resurrectio, & iudi-
 cij dies Catholice
 describitur.

(33)

V.



Vnera quis referet, memoranda atque
 ossa roganti,

Lectos & cineres qui posuere cadis:

Quis Genius grandi viuit conclusus in
 urna?

Mira haec Maiestas esse videtur, age?

In caelum surgunt Romano more columna,

Gratia quas ducibus non dedit illa suis.

Conderis in tumulo, quis tu es? R. Regina, viator?

Cur haeres? titulus nil facit esse nouum.

V. Horresco auditor, veneror regalia, Diuum

Territat & nomen pectora nostra tuum.

R. Mortalis sors nostra fuit, regnauiumus, ecce.

Paremus Domino: fecit is ex nihilo.

Allusio ad Roma-
 num morem.

Vrna vbi cineres po-
 nebat antiquitas.

Qua nulla maior in
 terris.

Quibus tumulus in
 cumbabat, Mausolea
 fecit.

Amplificat.

Ad reginae nomen
 obflupuit viator.

Rugiunt vt leones.

Reges homines hu-
 mani nihil a se alie-
 num putant.

Et nuda egressa ex genitricis ventre sub auras
Vitales, matris nuda reuersa fui.

Sed domino regno, Dominum sortita salutem,
Sanguine qui fuso tingere me voluit.

V. Salue sacra mihi, venerandum corpus, & alma
Regina, & populis ossa colenda meis.

De grege te Christi video responsa referre,
Catholica hic certe regna fuere tua.

Sumq; ego catholicus sum Christi sanguine tinctus,
Iuravi in Iesu verbaq; sacra mei.

Conuenit ergo mihi tecum, quos Christus, & vnus
Vnanimisq; Deus iunxit & vna fides.

Alternis igitur dictis certemus utrinq;,
Tu respondebis, querere ego incipiam.

R. Incipe, de Domino semper pia verba rogato,
Ut medius Christus sit tibi, & ipse mihi.

V. Principio reges cecinerunt vinere vates,
Carmine diuinos dixit Homerus eo.

V. Sed quæ cuncta vorat, potuit sic ledere diuos?
R. Tangere mors reges? nos quoq; dira rapit.

Præcipitat celsas turres, humilesq; tabernas,
Seruit mors Domini nutibus apta sui.

Regibus illa venit non clemens, æqua potenti
Diuitibus iusta hæc, pauperibusq; datur.

V. Quam facile, heu, regnum temnet, fastusq; superbos,
Qui membra, & corpus iam moritura vider.

Allusio ad Iob.

Satis pie dictum, et
Christiane.

Pietate tactus pie
respondet.

Non dubium est quin
sis Christiana christi-
anorum Regina.

A simili.
Ambo Christiani,
& catholici.

Vnus Deus, vnum
baptisma, vna fides.

Christiano viatori,
et catholicæ Regine
Vbi duo vel tres lo-
quentes in nomine
meo, ibi sum.

Sic reges Homerus
vocat.

Æquo pede pulsat
pauperum tabernas,
regumq; turres,
Dei voluntas fit.

Facile cõtenit om-
nia qui se semper co-
gitat esse moriturum.
Amplificat.

Mors corporis non
timenda bonis.

Pati Christum oportet
rui.

Nihil dici potuit a-
prius, distinctius, et
ornatius.

Ne absorbeat eas
Tartarus.

Cæsar imperator,
& miles.

Evangelica religio
nis non alius similis
exitit in orbe.

Catholicus catholi-
ci Ferdinandi.

Maximilianus Ca-
tholicus.

Tres peperit, extat
catholica catharina
Lusitanie.

Qui vivat Catholi-
cis ad fidei prolectio-
nem.

Mors hæc, crede, pios non lædit, grata futura est.

Per quam catholici tendimus ad superos.

Per mortem serui dominum videre magistrum,

Intrauit Christus gloriam & ipse suam.

Altera tristis erit, miseris & gentibus una,

Quæ Christum dominum non colere Deum.

Sciat illa nimis, rapiat, regesq; resoluat,

In Christo hos cælum per pia gesta manet.

Liberet ipse Deus nos, nostraq; regna seruet.

A morte æterna, Christe redemptor, age.

Nomen redde tuum felix, natosq; nepotes.

R. Dicta Ioanna meis urbibus ipsa diuina.

V. Regna? R. Hispana mihi. V. coniux? memorata.

R. Catholicus. Carolus filius ille fuit.

V. Romana an sedis protector? mirus in armis.

R. Is, qui iusticie cultor, ubiq; fide.

Induperator erat. Fernandus clarus in orbe.

Nomen aui referens, natus & ille mihi.

Atque nepos alter. Fernandi filius extat.

Inuictusq; parens induperator adest.

Reginaq; duas peperit, quæ ad regna sorores.


Hæc Leonor regnis, illa Maria data est.

Ambas tunc gentes Christi videre ministras.

Regnantes populis, sidera clara suis.

Catholicusq; nepos regnans pietate Philippus.

Coniugis ad tumulos regius ire iubet.



V. Felix prole virum, materq; Ioanna beata es, H
 R. Felix sum Dominice morte redempta meum
 V. Iam genus ede tunc, memora mihi nata parentes,
 Magnanimos reges convenit esse tuos.
 R. Fernandusq; parens, Isabel regia mater,
 Ambo Catholici, cernit uterq; Deum.
 V. Admiranda refert, tandem moriuntur, & urbes,
 R. Regnaq; nostra simul, nomen in orbe cadit.
 Ille manet solus, vitam qui reddit in astris,
 Aternusq; mihi vivere posse dedit.
 V. Cur necesse mori? R. est ius, V. quod? R. lex lata re
 Corpora, qua in terris regia nostra, vides.
 V. Si bene tunc hominem Dominus coniunxit utruq;
 Ut sensus ratio regia sic regeret?
 Atque animi imperto serui et corpus honesto, mod
 Spirituiq; caro redderet obsequium?
 Causam dico clare, qua vis disiunxit amica
 Ex anima corpus, que sociata Deo est?
 R. Sunt longae ambages, est longa iniuria regis
 Caelorum, cuius conscia turba sumus.
 Hen maiestatem diuinam laesimus omnes,
 Hinc dolor, hinc damnum, pertulimusq; malum
 V. Quod scelus admissu est? vindex, quae mira potestas?
 Iustitia amissa est, iuris origo vitis.
 R. Peccatum antiquum, corruptio, dia voluntas,
 Humanis mortem quae dedit hanc meritis.

Vera felicitas est esse Christianum.
 Inuidios esse oportet.
 Reges in pace quiescere pie credimus catholici.
 Christus qui vitam est vitam dat.
 Debemus morti nos nostraq;
 Status hominis in paradiso ante peccatum.
 Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Salustius.
 Omnes in Adam peccaverunt.
 Crimen lese Maiestatis diuine.
 Et animis, & corporibus.
 Gratia.
 Originalis iustitia.
 Per peccatum mors.

*Seminarium origi-
nale peccatum.*

*Quis mali caput et
causa.*

*Ne diuinam faceret
voluntatem.*

*Corrigit viatorismē
tem.*

*Tanquam ex fonte
peccatum est in fi-
lios, & posteros
deriuatum.*

*Legis diuine trans-
gressio.*

*Si vis ad vitam in-
gredi, serua mādata
Adam primus de
terra terrenus.*

*Christus secundus
de cælo, cælestis.*

Fidei articulus.

*Aduocatum habe-
mus apud patrem.*

*In Deo vident om-
nia beati.*

Eritis sicut dī.

R. *Hincq; mali labes, sparsumq; est vulnus in omnes,
Quin natos maculat nunc pater ille suos.*

*Autor quis sceleris reges tunc impulit audax
Ad votum Domini viuere nolle sui?*

R. *Non soli in Dominum reges peccauimus ipsi,
An credis reges hoc meruisse malum?*

*Falleris, est primū communis culpa parentum,
Reges sunt homines, regibus hinc lachrymæ.*

*Nam duo tunc patres peccarunt lege relicta,
Quam tulerat Dominus viuere si cuperent.*

*Sin vetitum vellent pomum gustare superbi.
Tunc perituri, hinc mortis uterq; reus.*

*Ambo terreni, terra grauitate sepulti,
De terra terra corpora nostra damus.*

*Ast homo cælestis de cælo morte redemit:
Christus cælestes surgere nos voluit.*

V. *Credo redemptorem passum, mortemq; sepultum,
Viureq; in cælis, catholiciq; sumus.*

R. *Ad dextram patris patronus sedit amicus,
Ille hominum causas assiduus peragit.*

V. *Hoc tamen ipsa dabis, nam te iam scire fatemur
Per cælos Pericula cuncta hæc, quæ memoranda rogo:*

*Omnia namq; vident, quæis spiritus ille videtur
Sanctus, tum Christus, tum pater ipse Deus.*

*Compositos patres quæ mens insana fefellit?
R. Esse Dei similes tunc voluere sui,*

V. Non timuit mortem legis transgressor vterq;?

R. Ambobus facta est dira Cupido Deus.

V. Quis prior aggressus diuinam temnere legem?

R. Decepit mulier coniugis his animum.

Non moriemur, ait, coniux decepta marito,

Arrisitq; dolis dulcibus illa viro.

Exclusi tristes Paradisi sedibus ambo,

Peccati pœnas soluit vterq; Deo.

V. Non poterant iterum Paradisi claustra subire?

R. Custos ense minans angelus est Domini.

Hinc mors ipsa diu regnavit surgere nullus,

Vel rex tunc poterat, gratia defuerat.

Hinc labor assiduus venit, sudauit, & alsit,

Ardentes febres, hinc homo damna tulit.

Gratia per Christum est, placauit sanguine patrem,

V. Iam doctis narras, nunc ea diua peto.

Quis sic ille Deo vana spe lusit amicos?

R. Serpens, est vobis auctor in orbe mali.

V. Non dedit ille Deo pœnas ambobus iniquus?

R. Contriuit mulier virgo Maria caput.

Serpit humi infœlix, voluitq; volumina tergo,

Et victus vires perdidit ipse suas.

V. Pallida mors siquidem victrix inuadere reges,

Creditur, & regi stat sua cuiq; dies:

Dic, age, pauca mihi, ne respondere graueris,

Regina è tumulto spem mihi redde tuam.

An sua cuique deus fit dira Cupido

Virg.

Mulier semper est mulier,

Oratrix persuasit.

Victus vno verbo quâ facile, & cito.

Stipendium peccati mors.

Cherubin.

Damnati omnes in parentibus.

Christus autor gratiæ, in quo pater sibi complacuit.

Serpens omnibus animantibus callidior,

Vetustus in astutia atque in omni recalcidus.

Ipsa contret caput tuum, super peccatus graditur.

Vidimus committatũ sandalio virginis, caput.

Reddit beneuolam semper, non in exordio solum faciendũ sed per totum orationis tractum.

In corruptionem in
duet corruptibile.
Paret dictis.

Scrupulus hic vnus
restabat qui pote-
rat male torquere.
Ero mortua omors
Fily spei sumus, nō
sicut cæteri.

Elegans regesio.
Quia puluis es, &
in puluicem reuer-
teris.

Non est vestru sci-
re tempora que pa-
ter in sua posuit po-
testate.

Allusio, Saducei
impij corpora non
redditura credide-
rant.

Christus viuorū, et
mortuorum index
præmia daturus.

Nisi Christus surre-
xisset, nec nos.

Spes Christiana cer-
tissima in Christo
fita.

Mortalis fueras, sed non mortale petisti,
Immortale tibi cœlitus alma datum est.

R. Quod petis, ipsa scio, referam tibi vera, viator
Ne scrupulus mentem torqueat iste tuam.

Spes mea Christus adest, hostem qui vicit iniquum,
Qui moriens mortis mors fuit ille mea.

V. Viuit nunc anima? R. hæc viuit. V. cur ossa reliquit?
R. Corpus puluis erat, id redit in cineres.

V. Nunc arida ista rogo, quo nam ventura? superstes
Si regina manes, ossa videnda tibi?

Respicias quando longo post tempore viuos
Hos tecum cineres, corpus & ipsa tuum?

R. Nō est scire meum, momenta, hæc noscere diū est?
Tempora dinumerat, qui facit ipsa Deus.

An longum regina vale, tibi dicere fas est?
R. Id faciunt gentes, quæ pietate carent.

Iudicis ille dies veniet, venturus & ille,
Qui reddet cunctis præmia pro meritis.

V. Qua virtute vales a morte hinc surgere rursus?
Quæ vis est cineri viuere posse tuo?

R. Quod Christus viuus surrexit, corpora surgent,
Qui nisi vixisset, viuere non poteram.

Hac spe catholici fati concessimus, ipsos
Non spes confundit, mente reposta manet.

Christum namq; caput scimus iam viuere cælo,
Ecclesæq; preces audit ab arce sue.

Ossaq; consurgent Christi virtute, videbo
 Inq; redemptorem carne sepulta mea.
 V. Iure nepos sancto coniungens ossa Philippus,
 Coniugis in tumulū, nunc iubet ire tua.
 Viuet longauus Christi pietate Philippus,
 R. Qui cineres nostros religione colit.
 V. Quorsum terra leuis tibi tunc optanda redemptæ,
 Importuna scio dicier illa tibi:
 Regalis viola tumuli de vertice crescant,
 Regius & cippus comprimat ossa leuis:
 Fœlices cineres ventura hos nouerit atas:
 Fortunata viris sacra fauilla fiet:
 R. Non hac nostra fides exoptat regibus alma,
 Id faciunt, dixi, qui pietate carent:
 Quæis spes tunc viuus redeundi in corpora nulla
 Restabat, miseros hinc posuere rogos.
 Hinc tuba, candela, sonuerunt cornua rauce,
 Solamen tristes hoc habuere sibi:
 At spes nostra suos nutrit pietate salutis,
 Quæ nos vt mater vi charitatis alit.
 Hac spe dura ferunt, hac se tutantur ab hoste
 In Christo Reges turba peruncta Deo.
 V. Non longum regina vale tibi dicere nitar,
 Quæ visura Deum corpore iuncta tuo es:
 R. Æternam potius requiem, lucemq; Viator
 Poscere defunctis sit tibi perpetuum.

Verba Iob.
 Translationis vera
 causa.
 Nestoreos viuat
 annos.
 Venerare parentes
 Mundi, & gentiã
 sapientia stultitia
 est apud Deum.
 Allusio ad illud
 Persij in prima sa
 tyra.
 Gentium solatia.
 Funeris ornatus g
 tibus.
 spes nostra Christu
 qui salus est.
 Nil durū speci Chr
 stianæ.
 Orat ecclesia pro d
 functis, & auditu
 adeo.
 Ossa arida resurgēt
 Sancta, & salubri
 oratio prodefuncti

Ut famulus suos Pa
 pam, Philippum re-
 gem nostrum, prin-
 cipem, & prolem
 regia custodiat deus
 Ut mater Romana
 ecclesia petita si due
 faciat Deus omni-
 potens.

Vera felicitas, ut
 cognoscant te Deū
 verum, & quē mi-
 sisti Iesum Christū.
 Si vis ad vitam in-
 gredi, serua manda

V. Sed nunc quæ Christum cernis regina, salutem
 Regibus orabis, præbeat ipse Deus.

Ut rerum sacro potiatur iure Philippus,
 Protectorq; fide uiuat in orbe diu.


Hispanis Annam reginam seruet in orbe
 Ut prolem regi nutriat ipsa piam:

Fernandusq; puer Caroli pietate secundus
 Defendat Christi nomen, & arma nepos.

Cum sanctisq; diu pro me peccante reposces,
 In Christo ut Dominus det mihi posse mori.

R. Tuq; fidem serua, & Christi præcepta, viator
 His meritis viuens ibis ad astra pius.

V. Tu cernas Dominum, videat sine fine Philippus,
 Sit coniuncta Deo gloria vestra. Vale.

 In Christo uiuant reges no-
 stri Catholici ad Romanæ
 Ecclesiæ Prote-
 ctionem.



Elegia, vbi regalis translatio

Catholica depingitur, & beneficij memoria

Philippo accepta ciuibus referuntur, &

Garnata Regine aduentum
gratulatur.

¶ In Sacello Regali.



Xpectata redit lustris labenti-
bus etas,

Venit, dum viuo, tempus, &
hora mihi.

Venisti tandem regina Ioanna
Philippi

Exoptata diu patribus ipsa

tuis.

Tecum mens omnis fuerat, pia pectora, ciues

Syllana & turris clauserat ipsa meos.

Garnata hæc quondam viuam vidisse volebat,

Nunc viuæ in cælo regia & ossa colit.

Ter tibi dimittit venienti regia signa,

Reginamq; sibi credit adesse suam.

Catholicisq; tuis iungendum corpus amatum,

Et sacros cineres vrbs capit ipsa tuos.

Erexit tumulos, animæ suffragia misit,

Catholicasq; Deo fudit ab ore preces.

Rerum vicissitudo
longa vita videmus
multa prospera, &
aduersa.

Sperandum semper
in Domino.

De Regibus profop
peia, perinde quasi
in terris essent.

Ciuum affectus.

Per fidẽ catholicã.

D. D. Loisius à Cor
duba

Aquilã Garnatẽ
dimisit ter vexillũ.

Officiũ Regibus
suis præstitit.

Honore dignissimis
Christianum offi-
cium.

Petrus à Dextera illu-
strissimus, auditores
regis iudices incorru-
ptissimi.

Magistratus Gar-
natensis grauissi-
mus.

Regine memoria
omnes ciues tetigit,
& lachrymas ex-
cusit.

Præ amore vel du-
ra æquo animo fe-
runtur vera causa.

Pathos affectus mo-
uet Philippi iussu le-
uia sunt omnia.

Quod alibi diminu-
tum est, exequatur
alibi religiose.

Philippi pietas equa
regibus parentibus
Ab æquo, & hone-
sto.

Nullus regi gratiã
repperit.

Vrbis Garnatę di-
gnitas.

Affectus pius,
Argumentum à cõ-
sentaneis.

Ferdinãdus, & Eli-
sabeth Catholici.

Gratanturq; sibi proceres, præfeseq; forumq;,
Quod portant humeris ossa colenda duces.

Ecce tibi occurrunt venerantes corpus, & ossa
Regali in tumulto deposuere tua.

Tu mihi sola potes cunctos releuare labores,
Quos cæpi in terris, sunt mihi, diua leues:

Quodq; Ioanna meis video succedere templis,
Regale & corpus condier in tumultis.

Fugit me Isâbel princepsq; Maria reliquit,
Cesserunt dictis summe Philippe tuis.

Et fratres abiere duo mea sola voluptas,
Reliquiæ, & cineres, mundaq; corda Deo.

Pensasti damnum, sublata iniuria regno est,
Quam fecere pie iam tua iussa mihi.

Es rex catholicus, iustum partiris, & æquum
Regibus, & populis diuidis ore bonum.

Matrem si natus rapuisti ex vrbe sepultam,
Iusta tuos pietas iungere iussit auos.

Dum memor ipsa mei fuero, dum vita manebit,
Gratia durabit vix referenda tibi.

Quod tumultis extat Regina Ioanna, Philippus,
Qui nomen reddit sapius ille tuum.

Vnum summe dabis (merui Garnata) Philippe,
Catholica ut perstent corpora iuncta duo.

Omnia tuta mihi sunt posthac iure timenda,
Rex facere in regnis regia iusta potes.

Nam si *Fernandus*, maneat si immobilis illa
Isábel regno: sic tua semper ero.
 Catholici reges sint nostris sedibus opto
 Ut ducant gentes religionem suam.
 Famaque nostra simul surget vulgata per orbem,
 Quodque *Philippe* tuo nomine iungit avos.
 Iudiciumque die *Garnata* hinc surgere possint,
 Cumque animis cernant irreuoluta Deum.
 Pax erit illa tibi *Christus* regina perennis,
 Spiritus & sanctus, tum pater una quies.


PLACUIT OMNIBVS
 inscriptio hæc

In Regali tumulto, in medio
 Sacello, vbi impensis *Philippi*
 præses mirum præstitit ornatum,
 stabat in fronte Epitaphium
 è regione curialium, & Ec-
 clesiæ Capituli, vbi De-
 canus & Canonici
 sedebant, hæc
 referes.

Quorum *Philippus*
 memor semper est
 futurus.

Regalia corpora
Garnatam nobili-
 tant.

Non aliter futurum.
 Speramus Catholicis
 Tunc videbimus,
 sicuti est, Christiani


Catholicę Ioannę surrectu

ra ad gloriam, Christum dominum nostrum a
mortuis uiuum, & resurrectionem, & uitā
esse regalium corporum, quorum animas
in cælis regnare Catholici credi-
mus probat Epitaphium.

Confidite ego uici
mundum ait Chri-
stus.

Eromorsta omors

Qui mundi princi-
pē uicit, etiā tribus
scripturę telis.

Regnauit ab Adā
vsque ad Christum
qui uita est.

Christus primus re-
gnū cælorū docuit
querere.

Mors, & uita du-
ello conflixere mi-
rando.

Ego sum resurre-
ctio, & uita, qui
credit in me etiam
si mortuus fuerit, ui-
uet.

Cōfessio, sacramētū
Ego credidi, quia tu
es Christus, filius
Dei uiui.



Imperiū mortis cecidit, regnūq; uetustū,
Sub iuga quam Christus misit in
orbe sua.

Dum mors ipsa diu regnabat uiuida,
Reges

Nulli surgebant, surgere posse uides.
Morte sua Christus mortem deuicit acerbam,
Nam mors cum uita bella cruenta tulit.

Victor qui extinxit mortem tunc sanguine uita,
Reddidit his uitam regibus ipse Deus.

Esse Deus uiuis, ipsumq; resurgere Christus
Credidit est fassis regibus ore, fide.

Vera fides uitam promisit nomine Christi,
Crediderant Reges, uiuere ne dubites.

Redditur ipsa suo Regina Ioanna marito,
Garnata hos reges iungit honore suos.

Iusserat ore pius celebrari hac ossa Philippus
Regum, quos cælo uiuere dicitur auos.

Nam quemcunq; Deus perstatem uiderit, usq;
In finem, Christi nomine saluus erit.

Tempus corpora regia miro

consilio coniunxisset probat, viuentes multa videre bona,
 ut regalium corporum translationem vidit Hispania
 per Catholicum Philippum, cui Romana
 Ecclesia Spiritu sancto ducta suppetias
 tulit, sine qua in terris nil sanctum
 reges facere catholicos docet Epi.



Vid non vita dabit, quid nō tibi deferet atas
 Si Caroli mater redditur his tumulis?
 Catholicos meminit Romana Ecclesia semp
 Reges, & cineres seruat honore pios

Regum quae longum disiunxit corpora tempus,
 Voluenda en tumuli iunxit honore dies.

Syllana è turri regina Ioanna Philippo
 Redditur est coniunx ossibus apta viri.

Ecce nepos cineres coniungit, & ossa Philippum
 Aetas oblitum non sinit esse piūm.

Nanq; memor patris, matris tum coniugis almae,
 Et fratrum, viuos rex veneratur auos.

Regnare in caelis, Christumq; videre Philippus
 Reginam, & regem credit utrunq; fide.

In terris Christus sibi iam placuisse videbat
 Nam manibus regum corda fuere Dei.

Hispanos Reges Romana Ecclesia natos
 Hinc amat ipsa suos, Catholicosq; fouet

G v

Viuentes multa vi
 demus, & prospera
 & aduersa.

Qui omnes Caesares
 superauit fide, spe,
 charitate, iustitia,
 veritate.

Tempus rerum in-
 uentor perfectior, et
 mutator.

A consentaneis.

Aetas veram pieta-
 tem non mutat.


Quidquid facit Phi-
 lippus Christi me-
 mor facit.

Caros venerare pa-
 rentes.

Per fidem catholi-
 cam doctus.

Allusio ad illud cor
 Regis in manu dei
 est.

Sponsa Christi.


Viator Catholicus urbem

Catholicam interrogat, Cur in regalium corporum felicissima, & catholica translatione tristis incedat, cum iam Christus omnia bene fecerit: Nā vt cæci viderunt, claudi ambulârūt, leprosi mundati, pauperes Euāgelizati sunt, mortui resurrexerūt: Reges quoq; catholici per Christū à sepulchris cōsurgēt: Nā à priuatione ad habitū regressio Christo est facilis.

Et si natura Philosophis à priuatione ad habitum regressiōnem negauit esse possibile, tamē Christus qui verus Deus, & verus homo est, potestatem habuit, cui mortuos ad vitam reuocare, quod omnia fecit ex nihilo fuit possibile.

Qui de cælo descendit Christus, qui ita natus, mortuus, sepultus, resurrexit, ascendit, in cælum, sedet ad patris dextram, nullū tristitiæ locū catholicis reliquit, nisi vt de peccatis doleamus.

Vera fide supposita argumentū violentū quod dissoluere non poterit Apollo. Omnē excludit tristitiam.



cum voluit:

Iam mors victa iacet, crux victrix, vita triumphat.

Ad dextram patris Christus & ipse sedet.

Cur mærens pergis regalis pompa per urbem?

Cur facie obducta tendit vtrinq; chorus?

Quæ rerum lachrymæ, quæ vos mortalia tangunt?

Quid sibi concursus, queritat & populus,
Estq; foro, heu, maror, mastus qui, præsidet ipsi,

Turba, magistratus funere tristis abit?

Nulla est Christicolis fortuna in morte timenda,

Spes quibus est Christus, gloria nostra Deus.

An quia defunctis regina, & regibus expes,

Catholicis tumulos, digna sepulchra paras?

Leprosos mundos, claudos tunc currere cæci

Videre è tumulis corpora viua foris:

Non ea mors, (orco rapuit quæ pallida gentes

Romanus) venit Regibus apta tuis:

Dormit Regina hæc, captusq; sopore Philippus,

Mors est catholicis somnus, & alma quies:

DVRIVS, heu, somno surget, qui stertit ab alto,

Quam tuba cum iubeat surgere iuditio.

Infernus Græcos, Romanos ore superbos

Absorpsit reges, qui caruere fide:

Consurgent vere reditura in Tartara gentes,

Tristes, quæ Christum non coluere Deum.

Defuncti in domino, Christosq; beatus uterq;

Sacra Ioanna Deo, Rexq; Philippus erit.

Nam quicumq; latus, vitæ cælestis Asylum

Intrantes perstant, Christus amore beat.

Ergo alacres, ciues, celebrare hæc ossa duorum

Reginæ, & regis, vos docet alma fides:

Suffragiisq; potens Romana Ecclesia Christo

Sancta salutiferas fundit ab ore preces

Tristis seueritas in
est in vultu grauita
tis iuditium.

Ariopagitatristio-
Paremia. (res

Deza illustrissimus
preses, Regijudices
in corruptissimi.

Admodum illustris
Arenalo de Zuzo

urbis prætor, Ma-
gistratus Grana-
tensis.

Pre gaudio more
hominum laudan-
tes dominum.

Non est mortua pu-
ella, sed dormit.

Facilius mortui deo
resurgēt, quā a som-
no homines ab ho-
minibus excitatur.

Omnēs resurgent.

Vera causa.

Beati qui in domi-
no moriuntur.

In ecclesiam Catho-
licam intrantes fœ-
lice.

Latus Christi.

Gaudendū in dño.

Sancta, & salubris
oratio pro defunctis

Vere corpora surrectura catho

licorum regū ad gloriā, quia Christus resurrexit vere.

*Per peccatū mors.**Christus dominus mundi redēptor.**Sadducæorū error magnus.**Nos filij spei sumus**Non sicut cæteri.**Gentium quōdam apparatus funebris ingens.**Allusio.**Longū valere quid significet.**Supremum munus.**Christus Dominus noster, cui pater omnia in manus tradidit.**Saluatoris vox.**Accomodatō ratiōnis.**Est semper relatiō animæ ad corpus.**Mens Philippi catholica in rebus gerendis.**Peccatū est postq̄, tunc mors regnavit in orbe, Corrupta est hominum vita, redēpta Deo.**Corpora tunc multi non iā reditura putarūt, Ossa sed in cineres soluere cuncta diem.**Non spes hæc animis remeandi in viscera facta est,**Gens quem speraret? non animata fide?**Hinc Libitina dedit gemitus, questusq; columnas,**Cornua rauca, tubas, funereasq; faces.**Hæc tumulos fecit, tumulis superaddidit ipsis**Regibus, heu, carmen, nomen, & arma viris:**Gentibus hæc fuerant miseris solatia luctus,**Dum socios longum triste valere iubent.**Amplius & curæ non viuis esse futuros**Certabant, celsis sed decorare rogis.**Postquam surrexit vitam qui donat, & aufert,**Surrectura vident regia & ossa p̄ij.**Tollite cornicines, dixit Christusq; puella**Mortua non patri est, dormit at ipsa Deo,**Mortua non domino est regina Ioanna, Philippus,**In cælisq; Deo regnat uterq; pius.**Expectant animæ regum sibi corpora viua**Iungenda hæc, Christo iudice perpetuum.**Hic animus regi sacra pietate Philippo est,**Garnata ut iunctos vrbs veneretur auos.*

In calle cui nomē Elaira me

dio ad diuum Iacobum regius tumulus eleganti, & regio more Garnata impensis erectus fuit.

Catholica Ioanna Philippi Hispaniarum reginae Epigramma.

¶ Panis uiuus Christus.



Anserat in Christo uiuens charitate Ioanna,

Inq; illa Christus, mansit, & ipsa Deo.

Regina in terris caelesti pane resecta

Eternum uiuet, namq; iugata Deo est.

Christus adest, panis uiuus, qui caelitus illam
Tunc replens animam, uiuere morte facit.

Mortua sit quamuis, uiuet hoc pane Deorum,
Quem qui manducat, uiuet & ipse Deus.

Participem faciensq; sui tunc Christus, & illam,
(Qui uita est) uitam uiuere posse dedit.

Non temere ergo nepos coniungit & ossa Philippus,
Surrectura Deo iudice tuta suo.

Non posse ex aquo natum persolueri patri
Catholicus monstrat victus amore sui.

Ni pariter terris amborum corpora regum
Iungantur, mentes ut iugat ipse Deus.

Qui manet in charitate in deo manet

Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi.

Qui manducat hunc panem uiuit in aeternum.


Panem angelorum manducauit homo.

Per gratiam. Participatione.

Translationis ratio qua etiam parentes coniunxit.

Dijs & parentibus non redditur aequalens.

Argumentum à simili.

V.  Reges Catholici (vt homi-

Quorsum regius ap-
paratus sit rogat.

Magna petit.

Viator.

Magistratus Catho-
licè responderet.

nes) corpora tenebant corrumpenda, at in Christo incor-
ruptionem inducēt. In eodem tumulo Epitaphium.



Cire velim ciues, tumulos q̄ extollitis alto

Ducitis & pōpas per pia vota Deo:

Cur sic ossa manēt, cineres, et corpora regū

Conuersa in terram pulueris exigui?

Causa grauis soluit mira compagine plastes

Structuram viuam quam dedit esse Deus?

M. Tunc qui peccatum non fecit virgine natus,

Nec facere is potuit, integrā membra tenet:

Non Christo in terris corruptio visa sepulto est,

Os non comminui iusserat omnipotens.

Integer est Christus, genitrix est virgo redemptis,

Semper virgo fuit, virgo Maria Deo.

Ast homo peccator cineres est versus in ipsos,

Quos tunc in pœnas dixerat esse Deus.

Transgressor legis mortem mercede paratam

Tum sibi, tum natis, in genus omne tulit.

Virtute is Christi consurget vinus, & idem,

Eius surrexit gloria, nam Dominus.

Vt surrexerunt sanctorum corpora quondam,

Visaq̄, sunt multis viuere in vrbe Deo:

Sic cineres Regum tunc Christi nomine surgent,

Regales animæ corpora viuā ferent.

Hinc honor, hinc tumuli surgunt, hinc iusta Philippi

Corporibus iussu, regia pompa datur:

Neque inuentus est
in ore eius dolus.

Nec dabis sanctū
tuum videre corru-
ptionem.

Os non comminue-
tis ex eo.

Sancta virgo Ma-
ria mater Dei sine
peccato per gratiā.
Donec reuertaris in
terram de qua sum
ptus est, quia puluis
es, & in puluerem
reuerteris.


Stipendium peccati
mors.

Omnēs in Adam
peccauerunt.

Et multa corpora
sanctorum que dor-
mierant resurrexe-
runt, & apparue-
runt multis.

 Garnata ad Reges Catholi-

cos non inferior Romana potentia, qua ca-
tholice pompam funeream peragit.

 In eodem tumulo Epitaphium.



Roma caput mundi regali funere reges
Efferri instituit, corporibusq; rogos.
Solenes fausto celebrata ex ordine popæ
Casareusq; fuit sanctus in vrbe locus.
Grata suo regi est Garnata ad cuncta Philippo,
Inclytâ non parsit sumptibus ipsa pyræ.
Ecce parat grandes tumulos, celsasq; columnas,
Condat ubi & cineres, sacra Ioanna, tuos.
Syllana è turri quam iusserat ire Philippus,
Vrbs Garnata suis accipit en manibus:
Atque humeris portant reginam rite ministri,
Fertq; magistratus, regia & ossa cohors.
De Hispanis meritis qui sacra lege Philippus,
Hos memores ciues inuenit officij.
Laudant Hispanos gentes, orbisq; Philippum,
Quod iungat reges, regia & ossa nepos.
Vt surgant pariter rex, & regina mariti,
Vnus quos Christus iunxerat esse Deo.
Hocq; nepos sperans iunxit charitate Philippus,
Quem regit & dominus, tum docet alma fides.

Nunc ibi Romana
ecclesie caput est, à
qua Romana dicitur
ecclesia.

Apparatus funeris
mirus apud Romanos,
& Grecos.

Argumentum à simili.

Apostrophe.

Omnia post habuit
regis voluntati.

Magistratus Garnatae
regi suo deditus,
& officiosus
semper.

Vulgo Tordesillas.

Pro vrbs potentia,
& ciuium Garnatae
seruiuit.

Regali more principes,
& magistratus
& forum regale corpus
vsque ad regis
corpora in sacello
regio portauit.

Cœlestia Catholici Reges te-

nent, quæ in terris expectarunt catholicæ.

¶ In eodem tumulo Epitaphium.

Spei filios vocat A
postulus catholicos.

Anime non mortu
tur ad similitudinē
Imaginem dei fa
Etæ.

Christus iure regnū
cœlorum nobis pepe
rit.

Non mortui lauda
bunt te dñe, nec om
nes qui descendunt
in infernum.

Vivi reges dñm lau
dabunt Catholici.

Mortui resurgent,
quia in Christū cre
diderunt catholicæ.

Syllogismum fecit.

Omnes credentes in
Christum resurgent

Regina credidit in
Christū ergo Regi
na resurget.

Premiū vita atern
na.

Nec oculus vidit,
nec auris audiuit,
quæ preparauit de
diligentibus se.



Allida mors Regum verrebat
corpora morsu,

Viuas ast animas tangere nō
poterat.

Viuorum dominus Christus per
secula viuus

Viuendi in cœlis regia iura
dedit.

Qui vita est, reges moderatur, viuere vitam

Reges aternam catholicos voluit.

Laudandusq; Deus viuus, non lumine cæsis,

Ad laudes reges surgere posse docet.

Defunctus quamquam viuēt, qui credit in illum,

Surrectura fide hac corpora sunt tumulis.

Credidit in Christum, per Christum viuere debet

- Sacra Ioanna suo, tuq; Philippe, Deo,

Premia si danda his à Christo regibus alma,

Tunc surrecturos viuere quis dubitet?

Non oculus vidit, nec sunt demissa per aurem,

Regibus ambobus quæ dedit omnipotens.

Carmina qui didicit pietatis vera Philippus,

Vt matris, patris corpora, iunxit auos.

Corpora Regum Cahtholica

*vel arida consurgent ad gloriam, Resurrectionem
mortuorum certissimam, quia Christus à mor
tuis resurrexit verè, per quem &
gratiam sunt consequuti Chri
stiani Reges. monstrabat
in eodem tumulo Epi
taphium.*

SS



*Ratia per Christum est, reditura &
corpora Christo,*

*In Christo surget grata Ioanna
Deo.*

Ecce aridi quamuis puluis videantur,

& umbra,

Rex, & regina hac, viuit uterq; Deo.

Illa dies animis veniet, cum corpora viuent,

Regibus ambobus præmia danda p̄is.

Quin etiam gentum cineres, & corpora surgent,

Sed cadet à causa hac impia turba Deo.

Iuditijq; die non stabunt iudice Christo

Tunc peccatores, damnat utrosq; fides.

As̄t Regum stantes animos, vitamq; redemptor

Cognouit iustam Christus, & ipse Deus.

H

*Filij dei per gratiã
sumus.*

*Regnum à Christo
paratum.*

*Operibus illud fiat
voluntas tua com
probarunt reges.*

*Et in ea meditabi
mur die, ac nocte.*

*Illà dies per empha
sim.*

*Vniuersalis carnis
resurrectio.*

*Christus venturus
dabit.*

*Non stabunt impij
in iudicio.*

*Omnes resurgent.
Catholici.*

*Cognouit oues suas
pastor bonus,*

Qui male egerūt in
ignē eternū ibunt.
Operibus illud fiat
voluntas tua cōpro
barunt reges.
Et in ea meditabi-
mur die ac nocte.
Apostrophe.
Ciues regē in omni-
bus referunt ad vni
cū exēplū formati.
Christus venturus.

Disimilem cernis finem, regnumq; duobus
Partum catholicis, gentibus est Barathrum.

Reges sunt Domini meditati in lege beati,

Quod Deus hac voluit, id voluere pij.

Cœlesti, ciues, sectantes iure Philippum

Reginam regi iungite sic tumultis.

Quos Deus adiunxit, regnum his, sedesq; paternas

Venturus iudex filius ipse dabit.

Prætereūtibus de die iudicij

loquēdi inscriptio hac præbebat occasionem, quippe vul-
gus multorum capitum bellua, quorsum epitaphium Re-
ginæ catholica in tumulto inter ornatum mirum su-
spensum omnes perlegerent, de fixis oculis, ani-
moq; pendentes quid sibi scriptio veller
mirarentur, alternis responsum da-
batur, dum lectores pij sen-
tentias declarabāt.

(33)

Omnia Catholico consilio

ductus facit Philippus. In Sacello regio totius transla-
tionis mysteria luculenter descripta in ipsa fronte tu-
muli legebat præses, Comites, & Mar-
chiones, Inquisitor, & auditores re-
gij ad latus sinistrum
sedentes.

39



Vnera, qui transis, celebrantur in
urbe, viator,

Omnia Catholica hic, Ethnica
nulla vides.

Nec temere hæc peragit Regum
pia iusta sacerdos,

Nec fortuna mouet funera,

gesta, duces:

Frustra haud pontifices, præses, pastorq; ministrat,

Hic Christum reddit, Regis it ille loco.

Militat in terris, pugnans quæ Ecclesia victrix,

Sancta triumphantem rebus ubiq; refert.

Montibus in sanctis fundata Ecclesia Christi est,

Sustinet hancq; lapis Christus, adestq; caput.

Quidquid vera facit pietas, rectumq; bonumq; est:

Spiritus hanc ducit sanctus, & ipse regit.

H ij

Translatio regalium
corporum mirabilis.

Non casu, nec for-
tuna.

Nihil prius catho-
lico consilio.

D.D. Petrus à De-
za, Reuerendissimus

Petrus Delgado
Mentese.

Malacensis Blanco
archiepiscopus Gar-

natenensis Illustri-
simus princeps Petrus

Guerrero magister
amborum

Ecclesia militans
triumphanti similis

Super hanc Petram
edificabo ecclesiam

meam.

Christus dux, atque
imperator vitę
Christiane.

Pontifici summo li-
gandi, & soluendi
potestas à Christo
Deo data.

Lignum Crucis li-
gnum vitę, in quo
salus pependit.

Et sicut Moyses ex
altauit serpētem in
deserto.

A consequentibus
argumentum.

Per fidem catholi-
cam videmus resur-
rectionem carnis.

Animę immorta-
les.

Erat lux vera, quę
illuminat omnē ho-
minem venientem
in hunc mundum.

Vt Angeli in cęlo
Deū laudantes, san-
ctus, sanctus, san-
ctus reperunt.

Diuinus angelorū
concentus redditur.

Hostia viua placēs
Deo Christus, ve-
rus Deus, verus ho-
mo.

Pontificis nutu moderatur & omnia Christus,
Quos ligat is terris cęlitus ipse ligat:

Quosq; pater summus terris absoluit in auum,
Cęlesti (ut dixit) soluit ab arce Deus.

Iuncti sunt reges regina Ioanna, Philippus,
Iungunturq; Dei corpora consilio.

Si crux nostra salus defunctos funere ducit,
In ligno ut surgant, Christus & ossa vocat.

Quando avidis populum domini tunc dentibus angues
Mordebant, artus læsit iniqua tabes:

Barbara gens fixis oculis pendeat ad alium
Serpentem, ut virus pelleret ille cruce:

Per lignum mortem gustarunt iure parentes,
Et vita his ligno regibus ipsa datur.

Conscripti patres humeris si regia portant,
Surrectura vident corpora, & ossa viri.

Ardentesq; faces manibus gestare videntur,
Sic animas viuas regibus esse notant.

Sperare in cęlis, victurāq; corpora signant,
Viuat enim Christus lux quia, vita, salus.

Cantores geminant si voces, carmina cęli
Delectant Reges, angeliciq; Chori.

Ossa recognoscit regum, precibusq; sacerdos
Altari in summo si pia thura cremat:

Hostia viua Deum placidum conuertit amicis
Regibus: & dignos Christus amore facit.

Hæc docet alma fides, hæc gentum doctor, & idem
 Catholicos monstrat viuere posse Deo.
 Viuere cælestes animas, regnumq; tenere
 Credimus hos Reges, qui coluere Deum.
 Non igitur casu veneratur & ossa Philippus,
 Quæ Romana colit, relligioq; fouet.
 Martyribus sanctis firmata, & sanguine Christi,
 Catholica hæc docuit regia iusta fides.

Catholica nostra.
 Apostolus Paulus.

Ipse dixit, qui cre-
 dit in me, & ipse
 viuet propter me.
 Conclufit egregie.
 A necessarijs.

Tumulum tertium Garnata

erigendum curauit elegantissima structura, gradibus fa-
 bre factis à tergo pariter, atque à fronte per quos re-
 galis pompa Catholica Reginae corpus hume-
 ris portans multa cum auctoritate, & mi-
 nistrorum grauitate ascendit illic de-
 posito regali corpore responsum ce-
 cinit Ecclesie Chorus atque
 postea descendit dum fu-
 nus interim Sacel-
 lum versus pro-
 cedebat

In calle Illiberio ad diuum Iacobum.

§

H iij

Catholica Regina Ioanna om

nēs suas rationes à Deo suspensas fuisse refert. In tumulo ad Diuum Iacobum Garnate impensis sumendis, regali more, & ornatu composito, in ipsa fronte, Catholica Regina Catholicorum Regum gesta à prætereuntibus narrare satis pie, & Auguste legebatur.

(88)

Cælum, & terra
transibunt, verba
autem mea non transibunt.

Christi vox fuit.

Quid maius.

Victores parentes
semper fuerant.

Expressit nomina.

Occupatio.

Reges Catholici Ferdinandus, & Elisabeth.

Garnate regnū ex
pugnarunt.Arma spiritualia
gestarūt Catholici.Summa Iudeorum
misericordia, & error
nouissimus.

Quid sit hic mundus, cælum, terræq;
create

Expectant finem, quem dabit ipse
Deus.

Sic ego qua fueram coniux memorata

Philippi,

Regina Hispanis dicta Ioanna meis.

Vixi, iam cursum concessum vita peregit,

Perq; manus natis regna relicta meis:

Filia Catholici Fernandi Regis, & illa

Catholica Isabel mater in orbe fuit.

Quorsum res gestas narrem, ductosq; triumphos,

Sub iuga quas gentes misit uterq; sua?

Maurorum Reges exactos sedibus ambo

Vicerunt armis, religionem, fide.

Iudeos Christum sperantes lege fugarunt,

Ad patris dextram qui sedet, estq; Deus.

Qui iam morte sua miseros à morte redemit,
 Nos viuos surgens surgere posse dedit.
 Pulsis Hereticis purgarunt regna piorum,
 Officij sancti munere Catholico.
 Vnam quam dominus miseratus regna salutem,
 Hereticos contra Catholicis dederat.
 Qua virtute pijs durabunt regna per orbem
 Regibus Hispanis, semper & imperium.
 Hostes arcebit Romana Ecclesia Christi,
 Catholica in populis perstet vt alma fides.
 Que Caroli genitrix mundi terroris in armis
 Vixi, & Fernandi prole beata mei.
 Imperij sceptrum seruauit rector vterq;
 Tertius atque nepos induperator adest.
 Aduersus Turcas pugnat qui, Christe, sub armis,
 Defenditq; fidem Marte, & amore tuam.
 Reginasq; duas peperit, Regina sorores
 Hac Leonor regnis, illa Maria data est.
 Tertia nata mihi viuuit Catherina duabus,
 Que regnat regnis gloria facta suis.
 Cum matre & præco Carolum clamabat in hostes,
 Quando & iura dabat filius his populis.
 Imperat hæc Carolus, materq; Ioanna regentes
 Hispanos populos, regia vox fuerat.
 Romana sedis protector vixit in armis,
 Is, qui iustitiæ cultor, ubiq; fide.

Qui vita est.
 Quia Christus resur-
 rexit, & reges resur-
 gent.

Sanctum officium
 omnia regna purgat
 Officium sanctum
 cœlitus datum.

Officium sanctum
 reges, & regna tu-
 tatur.

Heretici deterren-
 di, & abigendi.

Carolus.

Quintus filius ma-
 trem, & omne pro-
 geniæ nobilitauit.
 Maximilianus.

Et tertia Catherina
 Lusitanicæ.

Publicè Hispanicæ
 don Carlos y doña
 Ioanna su madre.

Imitatio egregia.
 Carolus Quintus.

qui ab excellentissi-
 mo Ferdinãdo Enrri-
 quez duce de Alca-
 la, & à reuerendissi-
 mo Francisco Del-
 gado Mëresi Episcopo translatusest.

Catholici regis exē-
plum vnicum.

Carolus.

Ecce reliquimus om-
nia, & sequenti su-
mus te.

Philippo.

Filio patre dignissi-
mo.

Centuplum accipiet
& vitam eternam
Fidei catholice pro-
rector mirus.

Mors omnibus
æqua.

Solus qui vita est.
Quia surrexit verè.

Nobis in Deo om-
nia videnda sunt.

Prætereuntes di-
sta confirmant.

Catholica.

Postquam res Italas gessit, duxitq; triumphos,
Hereticos, Manros fudit, & arma, duces:

Iam regnare volens in cælis certius ille,

Sepsit se templis, regna reliquit, opes:

Hispanæ gentis rerum commisit habenas,

Nato, Catholicè qui pia iura dedit.

Vt pauper Christum sequeretur nudus in orbe,

Omnia linquenti gloria vera data est.

Alter & inuictus regnat pietate Philippus,

Defenditque fidem viribus ipse nepos.

Regnauitq; diu longè, latèq; superstes,

Omnibus his titulis condor in hoc tumulto.

An mundus, num regna mihi, vitæq; nepotes

Ferrent, ni Christus redderet imperium?

Surrexit dominus verè, surgemus & ipsa,

Virtute ipsius surgere viua queo.

Et regnare, simul natos, Regesq; videbo,

Per Christum cerno dum sine fine Deum.

Iure hæc sacra nepos venerabitur ossa Philippus,

Quando animas cælo monstrat adesse fides.

Reges Catholici imagini fi-

*lij Dei conformes esse contendunt. Sacros Reges se-
cundum Deum in terris colendos esse mōstrat,
quia Christum dominum regnantes rese-
runt, quorum potestati subiecti vi-
uere tenentur omnes.*



*Corpora terrenum referunt hac
morte parentem,
Vita cœlestis redditur ast ani-
mis.*

*Sunt Reges Christi similes pie-
tatis imago,
Conformes fieri moribus esse*

*Est unctus Christus, sacri sunt undiq; Reges, (volūt.
Unctos vera docet nostra colenda fides.*

*Verus homo passus mortem, surrexit & idem,
Verus & ille Deus Christus, & vsq; fuit.*

*Concessit fatis, quamquam regina, superstat
Mortua, si in tumulo, viua Ioanna manet.*

*Sunt animæ Regum viua, mortalia quamuis
Corpora gestarunt, surgere posse scias.*

*Ipse Deo similis peragit qui iusta Philippus,
Hos similes Christo viuere monstrat auos.*

*Sacra Ioanna suo similis coniuncta marito
Per Christum surget, viuit uterq; Deo.*

H v

*Primus pater. Ada-
mus homo de terra
terrenus, Christus
homo de calo cele-
stis.*

*Secundus pater.
Conformes imagini
filij Dei.*

*Rex Christus, & sa-
cerdos.*

*Unctio sacra.
Catholica.
Christus verus deus
verus homo.*

*Qui vita est.
Quia mortalis ho-
mo nata natura cō-
cessit.*

*Resurgent in Chri-
sto corpora.*

*Corpus mortale est.
Viuunt per Christi
qui vita est.*

*Novit Philippus,
Catholica.
Similitudo amoris
mater.*

Ioannæ Reginae, & Philippi Ca

tholicorum coniugium. Quos Deo coniunctos nec
mundus, caro, nec hostis diabolus, nec minus ho
mo inimicus Zizanie seminator separa
uit, quo minus duo in carne vna Chri
sto qui ambos coniungit sobrie,
pie, & iuste in regnis
seruirent.

Matrimonium sa
cramentū ingens.
Vnus deus, vnus
Christus, qui non di
uiditur, vna fides,
vnum baptisma.
Catholicum.
Erunt duo in carne
vna.



Quos deus coniun
xit, homo nō sepa
ret.

Philippus.
Qui in omnibus
Christū sublata cru
ce sua sequitur.

Atholicos iunxit Romana Eccle
sia Reges

Coniugio: Natos mater amica
iungat.

Vnus vt est Christus, sint eius nomi
ne & vnum,

Coniuncti in Domino per pia iura Deo.

Os ex osse viri vixit Regina Philippi,

Atque caro carni iuncta Ioanna fuit.

Sacramentum ingens ambo coluere, beati,

Iunxit quos Christus, iunxit & alma fides,

Separet hos aliquis, coniunctos numine Reges?

Quos caelo, vt terris iunxerat ipse Deus.

Hinc pius ipse nepos commotus honore Philippus,

Coniunctos Domino iungere certat auos.

*Et Garnata pio coniungens fœdere Reges,
Reginam regi iungit amore suam.*

Non sic Roma potens coniunxit corpora patrum,

Garnata ut reges condit amica suos.

Non qui humeris tollens deduxit ab hoste parentem,

Catholicum Quintum nactus in orbe suum.

Vincitur ipse tua Caesar pietate, Philippe,

Rector Mars illi, sed tibi Christus adest.

*Vrbs mores regis,
& exemplum vni
cum sequitur.*

*Aeneas qui sustulit
patrem.*

*Quia Romę pater
Romuli Mars est
habitus.*

*Dñs regit Philippus,
nihil illi deerit.*

Hic responsum cum solen-

nitate Catholica Romanae Ecclesie cantatum est: &

ihura cremata, qua duobus digitis illustrissimus Gar-

natenensis Archiepiscopus, in turibulum de more Chri-

stiano iecit, deinde illud requiem æternam dona eis do-

mine, & lux perpetua luceat eis vocalibus cantoribus

fuit conclamatum: Illinc recta via ad Sacellum re-

gale funus processit, & in regali tumulo Re-

gina corpus regale collocavit, ubi parenta

lia exacte, & tandē exequia peracta

in octidiebus, & feliciter Re-

gina iuxta Philippum

Catholicum lege

Philippo lata

fuit conse-

pulta.

Mors Reginam mortalem,

Christus mortem vicit, in quo vivit Regina.



D portam Illiberiam, vulgo El-
uirā, Garnata impensis grandi-
bus erectus tumulus stabat re-
gius, qui arte mira fabre factus,
Catholicorum Regum, & Phi-
lippi inuictissimi stematis undiq;
decoratus surgebat, pēdentibusq;
ex quatuor angulis Imperij, & regnorum vexillis, mille
etiam ardētibus ceratis funalibus, auro perpolitus fulgēs,
surgebāt quatuor colūne in calū minantes, quibus tectū
foris, intusq; deauratum incumbebat. In vertice cuius
ingens, ac terribilis mortis effigies lignea, mōstrum horrē-
dum arcu, & sagittis pratercuntes per terrenis (quia Au-
gustam Reginae coronam pedibus subiectam pesunda-
bat) ac ouans victos à se Reges iactabunda ingen-
ti oris hiatu referre videbatur. Clericatus tamē
sacerdotes casti frequens tacitis obiectioni
bus Catholice rationes eius confuta-
bat, ac viatores verbis fidei re-
ficiens Resurrectionis
spe solabatur.

Ioannæ Hispaniarum Regi

*na, & Philippo Epitaphium, In quo mors de victoria
gloriatur, sacerdotes vero genus electum
M. rationes eius confutant.*



*Ors vici Reges, hominis quæ ex
crimine vixi:*

*S. Te Deus en vicit virgine
natus homo:*

*Mors tua Christus adest, ò mors
si regna tenebas:*

Iam morte is, nobis mors fuit

alma, sua.

M. In cineres corpus victrix regale resolui:

S. De terra hanc Christus surgere posse dedit:

Et surget pariter Christi virtute Philippus,

Fatis nam domino cessit uterq; suis.

M. Sub pedibus teneo Regina excelsa coronam:

S. Qui in ligno regnat, Rex sua regna dabit.

M. Concutio victas tumuli de vertice gentes:

S. Amisti vires mors fera victa Deo.

Ne mortem timeant (vita spes certa) redempti,

Spes quibus est Christus gloria nostra Deus.

De morte hac Christus ligno, qui est vita triumphat,

Mors fuit is mortis viua Ioanna manet.

Et corpus viuet rediturum iudice Christo,

Regina accipiet ossa redempta Deo.

*Regnavit mors ab
Adam.*

*Christus fons vite
vnde fluxerunt sa-
cramenta.*

*Ero mors tua omors
ero morsus tuus in-
ferne.*

*Per Christum vel
mortui viuent.*

*Quia pulvis es & in
puluerem reuerteris
Beati mortui qui in
domino moriuntur.*

*In Christo regna-
bunt catholici.*

Quis mortē fugiet?

*Christi mors mor-
tem vicit.*

Spei filij sumus.

*In ligno vite vi-
ctoria.*

*Erit corporum re-
surrectio.*

Nō coronabitur ni
si, qui legitime cer-
tauerit.

Reges athletæ catho-
lici, in se, in mundū
diabolū, et carnem.
In cœlis quia se ip-
sam vicit.

CATHOLICIS REGIBVS

*Æterna his cœlo redenda corona duobus
Gloria corporibus (iuncta futura) pijs.
Non igitur mortem credas regnare, viator,
At Christo regnat sacra Ioanna suo.*

Catholicę reginę Ioannę

confessio . Omnes partes confessionis secundum
Romanę Ecclesię morem, & fidei catholica
articulos ore confessa est ante sacerdotem
Christi, & Ecclesię sanctę ministrū,
ut iam morituri Christiani, &
catholici reges facere cōsue-
uerunt corde ad iustitiā,
oris confessione ad
salutem.

Statutum est omni-
bus vel regibus se-
mel mori.

Clotho, Lachesis,
Atropos tria tem-
pora, quę nemini
parcunt.

Catholicę reginę
officium.

Fidem catholicam.

Articulus fidei.

Ego credidi quia tu
es Christus filius dei
vini, qui in mundū
venisti.



Uma dies aderat, præscriptum tempus
ab alto,

Terminus & vitę morituris regibus
idem,

Quem Deus omnipotens nouit mortalibus esse,
Parca, & fila suis voluunt dum regia fuis,
Catho ica in lecto repetens tunc sacra piorum
Verba fide, Articulos, quos dicunt ore redempti,
Confessa est Christum Regina, in morte, suprema,
Commendat mentem genitori, sancta subinde
Romanę verbis Ecclesię dogmata rite

Sacra Ioanna refert, Petrus quæ dixerat olim,
 Pontificis verbis morituram respice, Christe,
 Qui cunctos recipis, ne tristi in morte repellas.
 Ad te confugio saxo fundata vetusto,
 Ad lapidem viuum, vitam qui donat, & aufert,
 Quadratusq; lapis me nunc à corpore soluus,
 Quem penes & cæli ius est, & norma salutis.
 Christus es ille Dei viui tu filius, orbem
 Venisti, ut saluum faceres regnator Olympi:
 Saluam fac seruam, quæ in te sperauit, ab hoste
 Seruasti o quoties tentatam, gloria viuum:
 Virtus nostra Deus, reges qui numine seruas.
 En mala, quæ feci, fateor, tu parce petenti.
 Auribus accepit peccata ex ore sacerdos,
 Absoluit, quando per te est data iusta potestas.
 Da veniam fassa, genitor, te iudice vincam
 Tres hostes animæ, quæis circumuentæ malignæ
 In te, peccati ne sis memor ipse redemptor,
 Erroresq; meos, vitæ iam crimina tanta
 Dele sancte mihi, ne certes iure benignè
 Mecum, quis tecum poterit contendere iuste?
 Tu clemens regina veni, te in morte requiro,
 Quæ in partu virgo, post partum virgo beata
 Mansisti, ventrem virgo sacrata tulisti:
 Tu natum flectas, adsisq; in funere dulcis,
 O pia, tuq; preces orantis percipe Christe,
 Qui latus ostendis cunctis ad apertile, ut intrent

Petri responsum.
 Et super hæc Petrus
 Ecclesia.

Caput ecclesiæ Christus.

Christus redemptor mundi deus oris confessio ad salutem.

Nostrium est fateri peccata, Christi parere, sacerdotes qui absoluit in Christo Parce mihi dñe.

Mundus, diabolus, caro, tibi soli peccaui Non intres in iudicium cum seruo tuo domine.

Quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens.

Et. B. Mariæ Virgini antepartum, in partu, post partum Virginem fuisse credidit regina Catholica.

O clemens, o pia, o dulcis, virgo maria.

In manus tuas dñe
cōmendo spū meū.

Hosia viua.

Christus pax viuis
requies defunctis.

Gentes, quæq; Deum credunt pendere salutem.

Spiritus alme tibi morientis redditur ore,

In sanctasq; manus commendo voce suprema,

Me Deus emisti, placasti sanguine patrem,

Hanc animam missam foueas in funere sancte,

In pace ut tecum valeat requiescere viua.

Vixit, ut in Christo viuens regina quieuit.

Ad sinistram partem regalis

tumuli in regio Sacello, ubi sedebat dux seorsum à

pratore, & Magistratu Granatensi, pende-

bat ob oculos sedentium epitaphium hoc,

Catholicam Ioannam, Hispaniarū

Reginā ex animo Christiana

pietatis in morte confessionē

exactā, & numeris suis

omnibus absolutam se

cūdum sancta Ro-

mana Ecclesie

morē, fecisse

referens.

Re-

Regina Ioanna, volentem

se, ac lubentem Domino animam reddidisse, ac se
mortalem quidem, sed Catholicam fidem
professam (quæ summa fælitas est)

& Regibus destinatam esse
periodum fatetur.

¶ In Sacello Regali.



Ors mea sit quamuis mortalis,
condita & urna,

Sum, quam Catholicam fe-
cit in orbe fides.

Viximus en, cursum vitæq; per-
egimus ipsum,

Quem Deus omnipotens vi-

uere me voluit.

Ecclesæ & cultrix Romana in fœdera Christi
Iuravi, gestis iusta corona data est.

Augustum templum fueram, me gratia Christi
Secessum tenuit, templa parata rogis:

Electumq; genus, regali more sacerdos,

Ossa hæc lecta suo regia iure colit.

Veri Garnata cultores, nomine Christi

Reginæ in pompa nunc pia thura cremant.

Vt qui vera Deo libant hic munera, Christi

Cultrici reddant funeris exequias.

Mortalis quidem,
sed Christiana vixi

Stat sua cuique de-
stinata periodus.

In baptismo Chri-
sto consépulta.

Qui crediderit, &
baptizatus fuerit,
saluus erit.

Vos estis tēplū dei.
Apostoli Petri ver-
ba regale sacerdo-
cium.

Sancta, & salubris
oratio pro defunctis
Sacerdotes Christi
pro defunctis rem
diuinā faciunt, Per
Christum petunt, et
consequuntur.

Regina viatorem alloquitur, de

Catholico coniugio cum Philippo catholico cerciorem
facit. Christianos quoq; Reges à Deo optimo ma-
ximo doctrinam, & fidem Catholicam præ-
se ferre, spem fidem, charitatem gestis
ostendere, & Christum patronum
in cælis eorum causam apud
patrem defendere docet

Epitaphium.

Christus lux vera.
Spes certa reposita
in sinu Christiano.

Aduocatum habemus
Christum apud
patrem.

Sacramentum ma-
gnū Christi, & Ec-
clesiæ.

Fides catholica ca-
stum facit coniugiū
in Christo.

Per Christi gratiā.



Atholici lucem Christum pie-
tate videmus,

Speramus sancta surgere
posse fide.

Ad patris dextram qui iam cō
sedit amicos

Reges patronus Christus

& ipse vocat.

Condita sum tumulo hoc quamquam, Regina vocabor,
Dicta Ioanna meis cælica regna colo.

Coniugio fueram sacro coniuncta Philippo,
Ecclesia, & Christi reddidimus simile.

Vera fides, sanctusque pudor, tum pignora sacra
Seruarunt iustos, in columesq; Deo:

Suspensas vitæ rationes nomine Christi
Cælitus esse Deus Regibus ipse dedit.

Viator Regineꝝ tumultum mira-

tur super quem mors Christi victoriam fatebatur,
Regina vero mortis sue felicitatem commen-
dabat, & Catholicum reddens respon-
sum se vitam verè viuere, sed regum
in terris esse vicissitudinem
mortalium docebat.

✠ Mors. ✠



Nus pro cunctis poterat me vincere

Christus

(salus.

Mortuus, hic mundi est victor, is una

Qui placuit patri pro vobis hostia vna

In ligno pendens mors fuit ille mea.

R. Quæ mors ista rapit, an non hac regia coniuæ

Inuicto quondam iuncta Philippe tibi?

Quod vicit fatum? quis vos disiunxit acerbe?

Sacra Ioanna refer, quæ fera parca tulit?

R. Non sibi parca rapit, non sum decepta viator,

Coniuge perpetuo nunc fruor ipsa meo.

Si fueram sacro Regi dictata Philippo

Tunc, patris, en celo: nunc vocor alta nurus.

Voluuntur cuncti reges, mutantur in æuo,

Me Deus æternus, Christus & ille regit.

Quare agite, heu, mæstos quid nunc celebratis honores?

Excessi vita hac non moritura Deo.

Mors vinci à Chri-
sto victore gloria-
tur.

Christus mundum
vicit.

Miratur regum
mortem.

Reges etiam inua-
dit Mors.

Quod omnes morta-
les vincit.

De lusa gentilitas.

Tres parca, quæ ne
mini parcunt.


Animarum spon-
sus Christus.

Vel regum vicissi-
tudo est.

Et in terris est no-
biscum vsque ad cõ-
sumationem sæculi.

Non dolendus, sed
letandum est, quia

veram viuam vitam.

 Principis Mariæ con-

fessio Catholice per acta secundum
fidem Catholicam, & Roma-
na Ecclesie tenorem, ut
Regibus Catho-
licis mos
est.

Regina sancta allo-
quitur Ecclesiam, quam
spiritus sanctus re-
git.

Per dominum nostrum Ie-
sum Christum deo
veniam Deus.

Ante diem iudicij,
Dum tempus est, et
locus misericordie.

Ora pro nobis san-
cta Dei genitrix,
Scit compari ab his,
que passus est Pon-
tifex.



Felix, sanctus quam spiritus ille gu-
bernavit,

Per Christum sponsum solita es qua
poscere cuncta:

Sancta fave dictis Romana Ecclesia,
Christi

Vt Deus omnipotens placatus sanguine parcat,

Sitque pater, Mater clemens sanctissima virgo

Oratrix sis ipsa mihi, tu tempore in illo

Nubibus in caeli veniat cum natus, ut orbem

Defunctos vita, & viuos cum iudicet, ipsa

In Christo fixos oculos auersa tenebis

Diua tuos, nunc ipsa roges, flectasque, seueram

Iudicis in serua mentemque, ut temperet iram,

Qui didicit patiens pro nobis ferre dolores,

Ad partes veritas nostras, ut parcere viuæ

Per mortemq; velit Christus, qui parcere sciuit.
 Hæc dum vita manet, potero delicta fateri,
 Inferno crimen, culpamq; fatebitur ullus?
 Des veniam posco fassa, sinemq; laborum:
 Parce precor, parcas, summus regnator Olympi es,
 Parce pio generi Regum iam, Christe, petenti.
 Sacramenta Dei Romana Ecclesia mater
 Reddidit ipsa, tuum corpus sanctumq; recepi:
 Indigna, heu, quamuis tectum quæ intraret in ipsum
 Maestas, ut summa meum, quem non capit orbis.
 Tu bene iam dicas, veniam concede benigne,
 Cælorum regnum latroni ut Christe, dedisti.
 Sic que die hoc tecum Paradysi gloria serua.
 En crucis ad frontem nati signacula gesto,
 Me in ligno pendens fœlici morte redemit:
 Summe pater noster miserere (heu) sancte tuorum,
 Cunctorum semper misereris, parce redemptor,
 Extremum quod Christe feres in funere summo.
 Iamq; Deus miserans oculos pietatis amore
 Conuertasq; mihi, ut Petro, qui fleuit amare,
 Egressusq; foras semper te est mente sequutus:
 Hoc animo pater ipsa peto, concede redemptor,
 Ad latus ecce patens culpæ communis Asylum
 Verum confugio, veniam tu posse potenter
 Quæ semper virgo es mater, virgo ante fuisti,
 Sensisti virgo transfixum pectus & hasta,

Dum licet.
 In inferno autem
 quis confitebitur
 tibi?
 Romana Ecclesia
 sacramenta petiuit
 regina in tempore.
 Non sum digna ut
 in tres sub tectum
 meum Romanum,
 & Catholicum di-
 xit.
 Benedicat nos om-
 nipotens deus pater
 & filius & spiri-
 tus sanctus.
 Dñe memento mei,
 dum fueris in regno
 tuo.
 Hodie mecum eris
 in paradiso.
 Quia per sanctæ cru-
 cem tuam redemisti
 mundum.
 Quæ dñi viueret in
 signata fuit sacro si-
 gno crucis.
 Respexit dominus
 Petrum.
 Ter virgo catholi-
 ce dixit.

*Clemēs semper orat
pro nobis.*

*In manus tuas, do-
mine, cōmendo spi-
ritum meum, rede-
misti me domine
deus veritatis.*

*Auxiliumq; feras alium per vulnera nati,
En moribunda rogo, verba hæc; nouissima mater:*

(Vt solita es) reddas tu clementissima nato.

Spiritus ipse meus tenuis tibi redditur, ecce

In sanctasq; manus commendo respice Christe,

Me Deus emisti captiuam sanguine nati:

Hostia qui placuit procunctis viua redemptis,

Sedibus in pace vt placidis à morte quiescam.

Pendebat Epitaphium hoc è

*regione altaris maioris, ad tumulum vbi princeps Ca-
tholica Maria inuictissimi Philippi coniugis quondã
fuerat sepulta: ostendens & Principem vixisse, & Ca-*

*tholice Christianeq; spiritum creatori suo reddidif-
se, & omnia Christiana principis officia*

prestuisse, atque sacramenta Romana

Ecclesie vltro petita humiliter acce-

pisse: Quæ omnia pietatem Chri-

stianam præ se ferebãt, quã

Reges Hispani pri-

mam diuinitus

habuerunt.

(55)

Princeps Maria à Deo do-
no (ut Reges) data uinit caelo. Omnia bona caelitus Re-
gibus Catholicis à Deo optimo maximo dari, ipsos quo-
q; Reges Christianis, uictorias, felicitatē, iustitiā, & re-
gnorum tranquillitatem, in summa datum opti-
imum, & donum perfectum à sapientie
datore, & bonorum largitore Deo
concedi monstrabat
Epitaphium.



Ascūtur reges nutu omnipotētis in orbe,
Regnādi uirtus omnibus inde datur.
Hinc sceptrum surgit, uincendi & mi-
ra potestas,

Iudiciumq; suum dat Deus inde p̄ys.

Nata fuit regno princeps tunc nostra Maria,

Defuncta est, caelo nunc tenet imperium.

Namq; data Hispanis fatorum numine princeps

Caelitus est populis, iam redit ad superos.

Quidquid in orbe boni de caeli auctore superne est,

A caelo princeps optima nostra fuit.

Nec poterat faciem diuinam cernere terris,

Exoptata uenit Mors sua catholica.

Nil paruum terris fecit Mors funere Regum,

Morte sua regnis donat & ipse Deus.

Hispani ut rerum Domini potiantur ubique,

De caelo princeps iam petet auxilium.

A Deo regnū, &
regnandi potestas.
Iudicium, uictoria
superne à Domino
est.

Dator honorū deus
Regnauit, & re-
gnat per Christiā.

A Deo dono data.
Omne d-
num a

Nunc per se
in enigmate,
facie ad faciem.

Ciues facit caelestes
In brachio Dei vi-
Eturi reges sic om-
nia bene nobis erūt
in Christo, cui glo-
ria, & laus debe-
retur.

Sancti intercedunt
pro nobis,

Sūmo Pontifici po-
testas soluendi, &
ligandi à Deo data.

Petre amas me pa-
sce oues meas.

Vt uiuat princeps Fernandus, & ipse Philippus,
Regina Hispanis Annaq; nostra simul:

Gregoriumq; caput Romana Ecclesia sanctum

Vt teneat patrem secula longa suum:

Sibilus ut uigilet, speculetur, pascat oues, qui

Absoluatq; liget, pascat ametq; Deo.

Augustæ, & Catholicæ rega-

lium corporum translationis per Catholicum, &
inuietissimum Philippum, Dei gratia Hi-
spaniarum Regem sobriè, piè, & iu-
stè Christiano more gesta.

(§)

Soli Deo honor, & gloria in secula seculorum
Amen.


Apud inclytam Garnatam


cum priuilegio Regiæ, ac Catholicæ Maiestatis,
excudebat Hugo de Mena Typographus
acuratissimus: Anno à natiuitate Do-
mini, Millesimo, Quingente-
simo, Septuagesimo

Sexto.

§














2
—
—

I. Lati-

no.

—
—
—

De rega-
lium cor-
porum.

—
—
—
—

Granada

1576

Caja
C-84